bene p̄fuit.ꝛ ipſam ad om̄e opꝰ bonũ ꝑduxit. Uel ſecũdꝰ dicit̃ reſpectu
primi. Due eñ ſunt vie eũdi ad vitã. Prima ꝑ pñie lamẽtũ. Secũda ꝑ
martiriũ. Iſte aũt martir p̄cioſus nõ ſolũ iuit ꝑ primã.ſʒ etiã ꝑ ſecũdã

Secũdus miles ſtrenuus:ꝛ athleta xp̄i.egregius martir. A
qʒ dñi glorioſus.in ciuitate aſtenſi martirio coronatus eſt.cu
ius glorioſa p̄ñtia p̄dicta ciuitas illuſtratur.ꝛ eo velut ſinglari
patrono letatur. Hic a beato colocero:qui a ſambricio p̄fecto in ciuita
te aſtenſi in carcere tenebatur.fidẽ xp̄i edoctus eſt. Cũ igitur beatus
marcianꝰ in terdonenſi ciuitate detineretur in carcere.ſambricꝰ illuc
p̄ficiſci voluit:vt eũ faceret imolare. Secũdus aũt tãq̃ cã ſolatii ſecũ
eſt p̄fectus:beatũ marcianũ videre deſiderãs. Cũ ergo extra ciuitatẽ
aſtenſem fuiſſent.colũba ſup ſecũdum deſcendit.ꝛ capiti eiꝰ inſedit.cui
dixit ſambricꝰ. Uide ſecũde:q̃ dii noſtri te amãt.vt etiã aues celeſtes
ad te viſitandũ trãſmittant. Cũ aũt ad tanagꝛ fluuiũ perueniſſent:vi
dit ſecundus anglm̃ dñi ſup aquã ambulantẽ:ꝛ ſibi dicentem. Secun
de fidẽ habeas.ꝛ ſic ſup ydoloꝝ cultores ambulabis. Cui ſambricius
Frater ſecũde deos audio ad te loquẽtes. Cui ſecundꝰ ambulemus ad
deſideria cordis noſtri. Cum vero ad burimã flumẽ ꝑueniſſent:angl's
ſil'r ibidem ſibi apparuit.eiqʒ dixit. Secũde credis in deũ:an forte du
bitas. Cui ſecundus. Credo veritatẽ paſſionis ꝛ reſurrectõis eius. Cui
ſambricius. Quid eſt quod audio de te. Cum aũt terdonã ingrederet̃
marcianus ad p̄ceptum angeli de carcere exiens:ſecundo apparuit.ei
qʒ dixit. Intra ſecunde viam veritatis.ꝛ perge vt accipias palmam
fidei. Sambricius dixit. Quis eſt hic qui nobis quaſi ſomnians loqui
tur. Cui ſecundus. Tibi ſomniũ.ſed mihi ammonitio ꝛ cõfortatio eſt
Poſt hoc ſecũdus mediolanum iuit.ꝛ fauſtinũ ꝛ ionitã qui in carcere
detinebantur.angl's dñi ad ſe extra ciuitatẽ adduxit. Et ab eis baptiſ
ma quadã nube aquã p̄bente ſuſcepit. Et ecce ſubito columba de celo
venit.ꝛ corpus ꝛ ſanguinẽ dñi deferens:ea fauſtino ꝛ ionite tribuit.
Dedit aũt fauſtinus corpus ꝛ ſanguinẽ dñi ſecundo vt ad marcianuʒ
deferret. Rediens igitur ſecundus cũ iam nox eſſet:ꝛ ad ripã padi ve
niſſet angelus dñi frenũ accipiẽs equi:ſup padũ ipm̃ trãſuexit.ꝛ vſqʒ
terdonã in carcerẽ ad marcianuʒ eum introduxit. Deditqʒ ſecundus
marciano munus fauſtini.ꝛ ipſe illud ſumẽs dixit. Corpus ꝛ ſanguis
dñi mecũ ſit in vitã eternã. Tũc ad mandatũ angl'i ſecundꝰ de carcere
exiuit.ꝛ ad ſuũ hoſpitiũ iuit. Poſt hoc marcianus capitalem ſentẽtiã
accepit.ꝛ ſecundus corpus eius rapiens:ſepeliuit. Quod audiẽs ſam
bricius ipm̃ ad ſe vocauit.eiqʒ dixit. Quantuʒ video xp̄ianum te eſſe

ꝓfiteris. Cui ſecundꝰ. Uere criſtianū ꝓfiteoꝛ me eſſe. Cui ſambꝛiciꝰ
Quantū video malā moꝛtem deſideras. Cui ſecundus. Illa tibi potiꝰ
debet. Cumqꝫ ſacrificare nollet, iuſſit eū expoliari. Statimqꝫ angelus
dñi affuit. ⁊ veſtem ſibi parauit. Tūc ſambꝛicius eū in eculeū ſuſpenſū
tam diu toꝛqueri fecit, donec eius bꝛachia ſuis cōpaginibus ſoluerēt
Sed cū fuiſſet ſanitati priſtine a dño reſtitutus. iuſſit eum in carcerē
reduci. Ubi dū eſſet angelus dñi ad eum venit. eiqꝫ dixit. Surge ſecū
de ſequere me. ⁊ ducā te ad creatoꝛem tuum. Tunc ipm vſqꝫ in ciuita
tem aſtenſem ꝑduxit. ⁊ eum in cuſtodia vbi erat colocerus ⁊ ſaluatoꝛ
cū coꝛpoſuit. Quē videns ſecūdꝰ: ad eiꝰ pedes ſe ꝓiecit. Cui ſaluatoꝛ.
Noli timere ſecūde: qꝛ ego ſum dñs deus tuus q̄ te de oībus malis eri
piā. Bñdicenſqꝫ eis aſcendit in celū. Mane igit̃ ſambꝛiciꝰ ad carcerē
miſit. Qui carcerē q̄dē ſignatū inuenerūt. ſecundū vero nō inuenerūt.
Pergēs aūt ſambꝛiciꝰ de terdona ad ciuitatē aſtenſē: vt ſaltē colocerū
puniret. iuſſit vt ꝓdictꝰ colocerꝰ ſibi pñtaretur. Et ecce nūciauerūt ſibi
q̄ ſecūdꝰ cū colocero eſſet. Quo audito eos ad ſe adduci fecit. eiſqꝫ di
xit. Qm̄ dii noſtri ſciūt vos eſſe ꝯtemptoꝛes ſuos. vos inſimul moꝛi vo
lūt. Cū aūt ſacrificare nollēt. picem cū reſina liq̄fieri fecit. ⁊ ſup coꝝ ca
pita fundi. ⁊ in oꝛa eoꝝ iactari. Illi aūt hoc tanq̄ aquā ſuauiſſimā cū
magno deſiderio bibebāt. ⁊ voce clara dicebāt. q̄ dulcia faucibꝰ meis
eloquia tua dñe. Tūc ſambꝛicius ſup eos dedit ſñiam: vt ſecundꝰ in ci
uitate aſtenſi decollaretur. colocerꝰ vero albiganū mitteretur. ⁊ ibidē
puniretur. Cū aūt beatus ſecundus decollatus fuiſſ3. Ecce angeli dñi
coꝛpus eius tulerūt. ⁊ ipm cū multis laudibus ⁊ cantu ſepulture dede
runt. Paſſus eſt autem .iii. kaleñ. apꝛilis.

¶ LIIII

# De ſancta maria egiptiaca

Maria egiptiaca q̄ peccatrix appellatur. xlvii. annis in ¶ A
berēo artiſſimā vitā duxit. quā circa annos dñi. cclxx. tpe clau
dii intrauit. Quidā aūt abbas noīe zozimas: dū iordanē trāſ
iſſ3: ⁊ heremū magnū ꝑcurreret. ſi foꝛte aliquē ſcm̄ ꝑrem inueniret. vi
dit quādā ambulantē nudo: nigroqꝫ coꝛpe. ⁊ ex incendio ſolis exuſto.
Hec aūt erat maria egiptiaca. ſtatiqꝫ hec fugā arripuit. ⁊ zozimas pꝰ
eā velotiꝰ currere cepit. Tūc ait illa. Abba zozima: q̄d me ꝑſeq̄ris. Ig
noſce mihi. nō poſſū faciē meā ad te ꝯuertere. eo q̄ mlr ſim: ⁊ nuda. ſ3
palliū tuū mihi poꝛrige. vt poſſim ſine verecūdia te videre. Qui ſe no
minari audiēs: ſtupefactꝰ palliū tribuit. ⁊ in terrā ꝓſtratꝰ: vt ſe bñdice
ret: rogauit. Cui illa. A te pater benedictio magis ſpectat. quē ſacer
docii dignitas oꝛnat. Ille vt audiuit q̄ nomē ⁊ offm̄ eiꝰ ſciret: amplius
mirabatur. ⁊ ſe bñdici obnixꝰ ꝓcabatur. Tūc illa bñdictꝰ deus redem
ptoꝛ aīaꝝ nraꝝ. Cūqꝫ illa extenſis manibus oꝛaret. vidit eā q̄ſi vnius

cubiti menſura eleuati a terra. Tunc ſenex dubitare cepit: ne forte
ſpūs eſſet ⁊ fingendo oꝛōem faceret. Cui illa. Satiſfaciat tibi deus q̄
me peccatricē mlr̄em imundū ſpūm exiſtimaſti. Tunc zozimas illā per
dn̄m adiurauit vt cōdicōem ſuā ei narrare deberet. cui illa. Ignoſce mi
bi pater. qꝛ ſi tibi ſtatū meum narrauero. velut a ſerpēte territ⁹ fugies
⁊ aures tue a ſermōibus meis cōtaminabūtur. ⁊ aer a ſoꝛdib⁹ polluet
Cūqꝫ ille vehemēter inſtaret. dixit. Ego frater in egipto nata ſum du
odecimo etatis mee anno alexandriā veni. ibiqꝫ. xvii. annis publice li
bidini me ſubieci. ⁊ nlli vllaten⁹ me negaui. Cū aūt hoīes regiōis illi⁹
p̄ adoꝛādā ſancta cruce hieroſolimā aſcenderēt. rogaui nautas vt me
ſecū dimitterēt p̄ficiſci. Cum vero me de naulo requirerent dixi. Non
habeo fratres aliud naulū. ſꝫ p̄ naulo coꝛp⁹ habeatis meū. Sicqꝫ ſum
pſerūt me ⁊ coꝛpus meū nauli grā habuerūt. Cū aūt hieroſolimā p̄
ueniſſem. ⁊ p̄ adoꝛādā cruce vſqꝫ ad foꝛes eccl'ie cū aliis deueniſſem
ſubito ⁊ inuiſibl'r repulſam patioꝛ. nec intus itrare p̄mittoꝛ. Itex̄ aūt
atqꝫ itex̄ p̄ueni vſqꝫ ad limē ianue. ⁊ ſubito iniuriā patiebar repulſe.
cū tn̄ oēs liber̄ hērent aditū. nec aliq̄d inuenirēt impedimentū. Redi
ens igitur ad me ⁊ cogitās ꝙ hoc mihi ob ſcelex̄ meox̄ imanitatē ac
cideret. pectus meum cepi manibus tūdere. lacrimas amariſſimas fū
dere. ⁊ a coꝛdis intimo grauiter ſuſpirare. Reſpiciēſqꝫ vidi ibi ima
ginē beate virgis marie. Tunc ipam lacrimabl'r exoꝛare cepi. vt pec
catox̄ meox̄ veniā impetraret. ⁊ ad adoꝛādū crucē ſanctā me intrare
p̄mitteret. p̄mittens me ſeculo abrenūciaturā. ⁊ decetero caſtā māſu
ram. Cūqꝫ hoc oꝛaſſem. ⁊ i noīe bte̅ virginis fiduciā recepiſſem. foꝛes
itex̄ eccl'ie adii. ⁊ ſine aliquo impedimēto eccl'iam intraui. Cū aūt ſan
ctam crucē deuotiſſime adoꝛaſſem. quidā mihi tres numos tribuit: de
quibus tres panes emi. Audiuiqꝫ vocē dicentē mihi. Si ioꝛdanē trāſ
ieris ſalua eris. Ioꝛdanē igit̄ tranſiui. ⁊ in hoc deſertū veni. vbi. xlvii.
annis nullū penitus hoīem vidēs: manſi. Illi aūt tres panes q̄s mecū
detuli inſtar lapidis p̄ tp̄a durauerūt. ⁊. xlvii. annis mihi ex his come
dendo ſuffecerūt. Veſtimēta aūt mea iā dudū putrefacta ſunt. Xvii.
p̄rimis annis in hoc deſerto a tēptatōibus carnalibus moleſtata fui.
Sed nūc p̄ dei grām oēs vici. Ecce oīa opa mea tibi narraui. ⁊ rogo
vt p̄ me ad deū preces fūdas. Tunc ſenex ad terrā p̄ſtratus. in famla
ſua dn̄m bn̄dixit. Cui illa. Obſecro te vt in die dn̄ice cene ad ioꝛdanēꝫ
redeas: ⁊ coꝛpus dn̄icum tecū feras. Ego aūt ibidē tibi occurraꝫ. ⁊ de
manu tua coꝛpus ſacx̄ ſuſcipiā. Nam a die q̄ huc veni ꝯmunionē dn̄i
nō accepi. Rediēs igit̄ ſenex ad monaſteriū: euoluto anno: dū dies ce
ne appinq̄ret. tulit coꝛpus dn̄icum. ⁊ vſqꝫ ad ripā ioꝛdani veniens ex
alia ripa mlr̄em ſtātē p̄ſpexit. Que ſup̄ aquas facto crucis ſignaculo
iuit. ⁊ ad ſenē vſqꝫ p̄uenit. Quā vidēs ſenex obſtupuit. ⁊ ad pedes ei⁹

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

humil'r ſe pſtrauit. Cui illa. Uide ne feceris: cum ſacramenta dñica
penes te habeas: ⁊ ſacerdotii dignitate refulgeas. Sed obſecro vt ſe
quēti anno ad me pater redire digneris. Tūc illa fcō ſigno crucis ſup
iordanis aquas iuit. ⁊ heremi ſolitudinē petiuit. Senex vero ad ſuum
mōaſteriū rediēs. ſeqñti anno ad locū in quo primo ſecū locut⁹ fuerat
venit. ⁊ eā ibidē expiraſſe repit. Qui lacrimari cepit. ⁊ ipam tangere
nō pſumpſit. Dixitqꝫ intra ſe Ego quidē corpuſculū ſancte ſepelire vo
lebā. ſꝫ timeo ne hoc ſibi diſpliceat Hec eo cogitāte. vidit iuxta caput
ſuū literas in terra deſcriptas ita ꝯtinētes. Sepeli zozima marie cor⸗
puſculū. redde terre puluerē ſuū. ⁊ ora ꝓ me ad dñm. ad c⁹ ꝑceptū ſecū
da die aprilis reliqui hoc ſcl'm. Tūc ſenex ꝓ certo cognouit q̄ mox vt
dñi ſacr̄a accepit. ⁊ ad deſertum rediit: vitā finiuit. Illudqꝫ deſertū q̄d
zozimas ꝑ. xxx. dieꝝ ſpaciū vix ambulauit. illa in vna hora ꝑcurrit. ⁊
ad deū migrauit. Cūqꝫ ſenex terrā foderet: ſꝫ nequiret. vidit leonē ad
ſe venientē māſuete. dixitqꝫ illi. Sancta hec ml'r ꝑcepit ſepeliri corp⁹
ſuū. ⁊ ego cū ſim ſenex fodere nō poſſum. nec etiā aptū habeo ferramē
tum. Tu ergo terrā fode vt poſſum⁹ ei⁹ corpus ſanctiſſimum ſepelire.
Tūc leo cepit fodere: ⁊ aptā foueā ꝑparauit. quo pacto leo vt agn⁹ mā
ſuet⁹ abiit. ⁊ ſenex ad ſuū mōaſteriū glorificās deū venit. ¶ LV

## De ſancto ambroſio

Ambroſi⁹ dr̄ de ambra. que eſt ſpēs valde redolens ⁊ ¶ A
precioſa. Ipſe eñ eccl'e valde ꝑcioſus extitit. ⁊ in dictis ⁊ i fa
ctis ſuis valde redoluit Uel dr̄ ambroſius ab ambra ⁊ ſyos q̄d ē de⁹
q̄ſi ambra dei. De⁹ namqꝫ ꝑ eū quaſi ꝑ ambrā vbiqꝫ redolet. fuit eñ ⁊
eſt bonus odor xp̄i in omni loco. Uel dr̄ ab ambor quod eſt pater lumi
nis. ⁊ ſior quod eſt ꝑuulus. q2 pater in multoꝝ filioꝝ ſpūali generatōe
Luminoſus in ſacre ſcripture expoſitōe. ⁊ ꝑuulus in ſua humili cōuer
ſatōe. Uel ſicut dr̄ in gloſario: ambroſius odor vel ſapor xp̄i celeſtis.
ambroſia eſca angeloꝝ. ambroſium celeſte. mellis fauus. Fuit eñ cele
ſtis odor per odoriferam famā. ſapor ꝑ cōtemplatōem internā. celeſte
mellis fauū: ꝑ dulcē ſcripturaꝝ expoſitōꝫ. eſca angelica ꝑ glorioſā fru
itōem. Eius vitā ſcripſit paulin⁹ nolan⁹ ep̄s ad auguſtinum. ¶ B
Ambroſi⁹: ābroſii fili⁹ ꝑfecti rome cū in cunabul' in atrio ꝑtorii
eſſet poſitus ⁊ dormiret. examē apū ſubito veniēs faciē eius ⁊
os ita cōpleuit. vt q̄ſi in aluecolū ſuū intrarent ꝑiter ⁊ exirent.
Que poſtea euolantes in tantā aeris altitudinē ſubleuate ſunt. vt hu
manis oculis minime viderentur. Quo peracto territus pater ait. Si
vixerit infantulus iſte: aliquid magni erit. Poſtea cū adoleuiſſet ⁊ vid
ret matreꝫ ⁊ ſororem ſacram virginē manus ſacerdotib⁹ oſculari. ipſe
ludens ſorori dextram offerebat. aſſerens ⁊ ſibi id ab ea fieri oportere

Illa vero vt adoleſcētē ⁊ neſcientē q̄d diceret reſpuebat. Rome igitur
literis eruditus: cū cauſas ꝑtorii ſplendide ꝑoraret a valētiniano ipa
tore: ad regendū liguriā emiliāqꝫ ꝓuincias directus eſt. Cūqꝫ medio
lanū veniſſet. ⁊ ibidem ep̄s tūc deceſſet. conuenit pp̄l's vt ſibi de ep̄o ꝓ
uideret. Sed cū inter arrianos ⁊ catholicos de eligēdo ep̄o ſeditio nō
modica oriretur. illuc ambroſius cā ſedāde ſeditōis perrexit. ⁊ ſtatim
vox infantis inſonuit dicens ambroſiū ep̄m. Cui⁹ voci oēs vnanimes
conſenſerūt. ambroſiū ep̄m acclamātes. Quo ille cognito. vt eos a ſe
terroribus remoueret eccl'iam exiens tribunal cōſcendit. ⁊ cōtra ꝯſue
tudinem ſuā tormenta pſonis adhiberi iuſſit. Quod cū faceret popul⁹
nihilomin⁹ acclamabat. Peccatum tuū ſup nos. Tunc ille turbatus:
domū rediit. ⁊ philoſophiā ꝓfiteri voluit. quod vt ne faceret reuocat⁹
eſt. Publicas ml'res publice ad ſe ingredi fecit. vt his viſis ab ei⁹ elec
tione pp̄l'm reuocaret Sed cum nec ſic ꝓficeret. ſed ſemꝑ pp̄l'm pecca
tum tuū ſup nos acclamere videret. fugam media nocte petiit. Cūqꝫ
ticinū pergere ſe putaret: mane ad portā ciuitatis mediolanenſis que
romana dicit: inuenitur. Qui inuentus: cū cuſtodiretur a pp̄lo: miſſa ē
relatio ad clementiſſimū imꝑatorē valentinianū. Qui ſummo gaudio
accepit. ꝙ iudices a ſe directi ad ſacerdotium peterētur. Letabat enī
probus ꝑfectus ꝙ verbū ſuū fuerat in eo adimpletū. Dixerat em̄ cū ꝓ
ficiſcenti mandata donaret. Vade age non vt iudex: ſed vt epiſcopus
Pendente relatione: iterū abſcōditur. ſed inuent⁹: cū adhuc eſſet cathe
cumin⁹ baptizat. ⁊ octauo die in ep̄alem cathedrā ſublimatur Cū aūt
poſt annos quatuor romā iuiſſet. ⁊ ſoror ſua ſacra virgo eius dexterā
oſcularetur: ſubridēs ait. Ecce vt dicebam tibi. ſacerdotis manū oſcu
laris ¶ C Cum aūt in quandā ciuitatem ꝓ quodam ep̄o ordinando
iuiſſet. ⁊ eius electōe iuſtina imꝑatrix: ⁊ alii heretici cōtradicerent: vo
lentes vt aliquis de ſua ſecta ordinaretur. vna de arrianoꝝ virginib⁹
impudentior ceteriſ. tribunal conſcendit. ⁊ beatū ambroſiū ꝑ veſtimē
tum apprehendit. volens ip̄m ad partem mulierꝝ trahere. vt ab eis ce
ſus de eccleſia cū iniuria pelleretur. Cui ambroſius ait. Et ſi ego indi
gnus ſum tanto ſacerdotio. tibi tn̄ non conuenit in qualemcūqꝫ ſacer
dotem manus inicere. Vnde timere debuiſti iudiciū dei. ne tibi aliqd
contingat. quod dictum exitus confirmauit Nam die alio mortuā ad
ſepulcrum vſqꝫ deduxit. grām ꝓ cōtumelia rependēs. q̄d factū oēs per
terruit. Poſt hoc mediolanū reuerſus: innumeras inſidias a iuſtina
imꝑatrice ꝑtulit. muneribuſ ⁊ honoribus aduerſus eū populos excitā
te. Cū ergo multi eum in exilium pellere niterentur. vnus eoꝝ ceteris
infelicior in tantū furorē excitatus eſt: vt iuxta eccl'iaꝫ domū ſibi loca
ret: ac in ea quadrigā paratā haberet. qua ꝓcurāte iuſtina facil⁹ rap
tum ad exiliū deportaret Sꝫ dei iudicio ipſo die q̄ eū rape arbitrabat

in eadē q̄driga de eadē domo in exiliū pulſus eſt. cui tn̄ ambro. reddēs bona pro malis ſumptus ⁊ neceſſaria miniſtrauit. Cantus ⁊ offm̄ i ecclesia mediolanēſi primū celebrare inſtituit. Erant ⁊ tūc tp̄is mediolani multi a demōibus obſeſſi qui ſe torqueri ab ambroſio magnis vocibus clamabant. Juſtina aūt ⁊ multi arrianoꝝ cū ſimul habitarēt dicebāt ambroſiū pecunia homines cōparare: qui ſe ab īmundis ſpiritibꝰ vexari mentirentur. ⁊ ab ambroſio dicerent ſe torqueri. Tunc ſubito vnꝰ ex illis arrianis qui aſtabāt: arreptus a demonio in mediū pſiliit: atq; clamare cepit. vtinā ſic torquerētur vt torqueo qui nō credūt ambroſio. At illi confuſi in piſcinā dimerſū hoiem necauerūt. Quidam hereticus acerrimꝰ diſputator ⁊ durus: ⁊ incōuertibilis ad fidem: cū audiret ambroſiū predicantē: vidit anglm̄ ad aures eiꝰ loquētē verba que pp̄lo p̄dicabat. quo viſo fidem quā pſequebatur cepit defendere.

¶ B Quidā aruſpex demones aduocabat. ⁊ ipſos ad nocendum ambroſio trāſmittebat. Sed reuerſi demones renūciabant. q non ſolū ad ipm̄ ſʒ nec etiā ad fores domus ſue appinquare valebāt. qm̄ ignis inſupabilis om̄e illud edificiū cōmuniret. vt etiā lōge poſiti vrerētur Predictus vero aruſpex cū a iudice ꝑpter quedā maleficia torq̄retur clamabat amplꝰ ab ambroſio ſe torq̄ri. Quendā demoniacū mediolanū ingredientē demō dimiſit: egredietē inuaſit. Interrogatꝰ de hoc demō. ait ambroſiū ſe timuiſſe. Aliꝰ quidā nocte eiꝰ cubiculū adiit: vt gladio ipm̄ necaret: p̄ce ac p̄cio a iuſtina inductus. Sed cū dextra gladiū eleuaſſet vt ipm̄ ꝑcuteret: cōtinuo aruit manus eiꝰ ¶ Cum viri theſalonice ciuitatiſ impatori aliquid deliquiſſent. ⁊ eis impator precibus bti ambroſii indulſiſſet. clam agente curialiū malicia p iuſſū impatoris neſciente ambroſio plurimi ſūt occiſi. quod vt ambroſiꝰ cōperit: impatori copiā intrādi ecclīam denegauit. Cui cū ipator diceret q dauid adulteriū ⁊ homicidiū cōmiſiſſʒ. rn̄dit. qui ſecutus es errātē ſequere corrigentē. quod cū audiſſet clemētiſſimꝰ impator ita gratanter ſuſcepit q purā pniam agere nō negauit ¶ Quidā a demōio arreptꝰ clamare cepit ab ambroſio ſe torqueri. Cui ambroſiꝰ. Obmuteſce dyabole. q2 nō te torquet ambroſiꝰ: ſʒ tua inuidia. q2 illuc hoies aſcendere cōſpicis. vn̄ tu turpiter corruiſti. nā ābroſiꝰ neſcit inflari. At ille ſtatī obmutuit ¶ C Quadā vice cū beatꝰ ambro. p ciuitatē pgeret caſu q̄dā lapſus eſt. ⁊ in terra pſtratus iacebat. q̄d videns alter: ridere cepit Cui ambro. Et tu q̄ ſtas vide ne cadas. q̄ dicto ſtatim lapſū ſuū doluit q riſerat alienū ¶ Quadā etiā vice ambro. ad palaciū macedonii magiſtri offōꝝ. vt p q̄dā intercederet venit. Sed cū fores clauſas inueniſſet. nec intrādi copiā hr̄e potuiſſet: ait. Et tu q̄dez venies ad eccl'aʒ ⁊ n̄ clauſis ianuis ſʒ aptis intrare nō valebis. Elapſo aliq̄ tp̄e metuēs inimicoſ macedoniꝰ ad ecclīam fugit. ⁊ patētibus ianuis aditū reperire non

potuit. ¶ Fuit etiã tãte abſtinentie ꝙ quotidie niſi in ſabbato ⁊ die
dñico ⁊ feſtis ꝓcipuis ieiunabat. Tãte etiã largitatis erat ꝙ oia que
hẽre poterat eccl'iis ⁊ paupibꝰ nil ſibi retinẽs tribuebat. Tãte ꝯpaſſiõis
vt cũ aliqs lapſum ſuũ ꝯfitebat̃. ſic amariſſime flebat. ꝙ illũ ſiĺr flere
ꝯpellebat. Tãte hũilitatis ac laboris. vt libros q̃s dictabat ꝓpria mãu
ſcriberet. niſi cũ infirmitate corpis grauaret̃. Tante aũt pietatis et
dulcedis. vt cũ alicꝰ ſancti ſacerdotis vel epi ſibi obitus nũciaret. ſic
amariſſime flebat vt vix cõſolari valeret. Cũ aũt interrogaret cur vi
ros ſanctos q̇ ad gl'iam ꝓficiſcebãtur ſic fleret: aiebat Ne puteris me
flere ꝙ receſſerint. ſꝫ qꝛ me ꝓceſſerint. ⁊ qꝛ difficile inuenit q̇ tã dignꝰ
eiꝰ offõ habeatur. Tãte etiã cõſtãtie ⁊ fortitudis ꝙ impatoris vel pri
cipũ vicia nõ palpabat. ſꝫ eos voce libera cõſtãtiſſime arguebat.
¶ Cũ quidã vir q̃ddã flagicium ꝑpetraſſet. ⁊ corã eo adductꝰ fuiſſꝫ di
xit ãbroſiꝰ: optet illum tradi ſathane in interitũ carnis: ne talia dein
ceps audeat ꝑpetrare. quẽ eodẽ mom̃to cũ adhuc ſermo eſſꝫ in ore eiꝰ
imũdus ſpũs diſcerpe cepit. ¶ Quadã vice vt aũt cũ beatꝰ ãbroſius
romã ꝑgeret. ⁊ in quadã villa tuſcie apud quẽdã hoiem nimiũ locuple
tẽ hoſpitatꝰ fuiſſet. illũ hoiem ſup ſtatu ſuo ſolicite requiſiuit. Cui ille
rñdit. ſtatꝰ meꝰ dñe ſp felix extitit ⁊ gl'ioſus. Ecce eñ diuitiis infinitis
abũdo. ſeruos ⁊ famulos ꝙ̃ pl'es habeo. copioſã filioꝝ ⁊ nepotũ turbã
poſſideo. ⁊ oĩa ſp ad vota habui. nec vnꝙ̃ mihi aliq̇d aduerſũ accidit.
vel q̃d ꝯtriſtaret euenit. Qd audiẽs ãbro. vehem̃ter obſtupuit. ⁊ hiſ q̇
erãt ſecũ in comitatu dixit. ſurgite ⁊ hic ꝙ̃totiuſ fugiamꝰ. qꝛ dñs ñ eſt
in loco iſto. Feſtinate filii feſtinate: nec in fugiẽdo morã facite: ne nos
hic diuia vltio apphẽdat. ⁊ in pctis illoꝝ pīter nos inuoluat. Cũ ergo
fugerẽt ⁊ aliquãtulũ ꝓceſſiſſent. ſubito ſe terra apuit. ⁊ hoiem illũ cum
vniuerſis q̇ ad illũ ꝑtinebãt ita abſorbuit: vt nll'm inĩ veſtigiũ remane
ret. Qd cernẽs ãbro. dixit. ecce fr̃es ꝙ̃ miſicorditer deꝰ parcit cũ hic
aduerſa tribuit. ⁊ ꝙ̃ ſeuere iraſcit̃ cũ ſp ꝓſpa elargit̃. In eodẽ aũt loco
fouea q̃dã ꝓfũdiſſima remãſiſſe dr̃. q̇ vſqꝫ hodie in huiꝰ fcĩ teſtimoniũ ꝑ
ſeuerat. ¶ Cũ aũt ſanctꝰ ãbro. radicẽ oim maloꝝ auariciã magis
ac magis in hoibus creſcere cerneret. ⁊ maxie in his q̇ erãt in ꝑtatibꝰ
ꝯſtituti. apud q̃s oĩa ꝓcio vẽdebãtur. necnõ ⁊ in his q̇ erãt ſacris mini
ſteriis deputati: vehem̃ter ingemuit. ⁊ ſe de hꝰ ſcl'i erũna liberari iſtã
tiꝰ exorauit Qui cũ ſe id obtinuiſſe gauderet. reuelauit fr̃ibꝰ ꝙ vſqꝫ ad
reſurrectõꝫ dñicã cũ eis eſſꝫ. an̄ vero paucos dies ꝙ̃ lectlo detineret̃ cũ
xliiii. pſalmũ cũ notario dictaret. ſubito ipo vidẽte notario in modum
ſcuti breuis ignis caput eꝰ opuit. atqꝫ paulati ꝑ os eiꝰ tãꝙ̃ in domum
habitatoꝛ intrauit. tũc facies eiꝰ tãꝙ̃ nix effecta eſt. ſꝫ pꝰ modũ ad ſuaꝫ
ſpẽm reuerſa ẽ Ipſo igit̃ die ſcribẽdi ⁊ dictãdi finẽ fecit. nec ipꝫ pſalmũ
explere potuit Poſꝰ igitur paucos dies infirmitate corpis laborare cepit
Tũc comes ytalie cũ mediolani eſſꝫ: nobiles cõuocauit dicẽs ꝙ tanto

viro recedẽte piclm̄ eſſ ne italie interit⁹ imineret. rogauitq̄ vt ad vir
dei accederẽt. rogãtes vt ſibi adhuc ſpaciũ viuẽdi vno anno a dño im
petraret. q̄d ille vt ab illis audiuit rñdit. Nõ ita inter vos vixi vt me
viuere pudeat. nec mori timeo cũ bonũ dñm habeam⁹. Eo tp̄e q̄tuor
e⁹ diacõi inuicẽ ꝯuenerũt tractãtes iter ſe q̄s p⁹ ei⁹ obitũ bon⁹ eſſ ep̄us
Cũ ꝗ a loco in q̄ vir dei ãbro. iacebat lõge eſſent. ⁊ ſimplicianũ ita ſilẽ
ter noiaſſent vt vix inuicẽ ſe audirẽt ille ab eis lõge poſit⁹ tercõ excla
mauit. Senex: ſ bon⁹. q̄d audiẽtes territi fugerũt. ⁊ ñ niſi illũ p⁹ ei⁹ obi
tũ elegerũt. In loco aũt in q̄ iacebat vidit ieſũ ad ſe veniẽtẽ: ⁊ ſibi vl̄tu
alacri arridentẽ. ¶ Honorat⁹ vero ep̄s vercellẽſis q̄ bti ãbro. obitũ ex
pectabat. cũ ſe ſopori dediſſ: vocẽ tercõ ſe clamãtis audiuit. ſurge q̄
mõ ẽ receſſur⁹. q̄ ꝯſurgẽſ mediolanũ cõcit⁹ vẽit ⁊ ei dñici corpis ſacr̄m
dedit. moxq̄ ille man⁹ in modũ crucis expãdit. ⁊ vltimũ ſpm̄ iter ver
ba oȓonis efflauit. Floruit circa annos dñi. ccclxxxix. Cũ aũt in nocte
paſche corp⁹ ei⁹ ad ecciam fuiſſ delatũ. plĩmi ĩfãtes baptizati eũ vide
rũt ita vt aliq̄ eũ ſedẽtẽ ĩ cathedra tribũali dicerẽt. alii aſcẽdẽtẽ digito
ſuis pẽtib⁹ dmõſtrarent. nõnulli vero ſtellã ſup caput ei⁹ ſe videre nar
rarẽt. ¶ Quidã pſbr̄ cũ in cõuiuio cũ multis aliis eſſet: ⁊ ſcõ ãbro. de
trahere cepiſſ: eũ cõtinuo plaga pculit. ⁊ de cõuiuio ad lectũ duct⁹ vi
tam finiuit. In vrbe cartagiñſi cũ tres ep̄i ſil̄ cõuiuarẽt. ⁊ vn⁹ eorum
btõ ãbroſio detraxiſſet. relatũ eſt q̄d illi pſbr̄o q̄ ſibi detraxerat accidiſ
ſet. q̄d cũ ille vilipẽderet ſubito letale vuln⁹ accepit. ⁊ extremũ cõtinuo
diẽ clauſit. ¶ Notãd q̄ beat⁹ ãbroſi⁹ in multis cõmẽdabilis fuiſſe
videtur. Primo in liberalitate. q̄ oĩa q̄ habebat paupm erãt. Vñ rfert
de ſeipo q̄ ipatori petenti baſilicã ſic rñdit. ⁊ eſt in decre. cõuenior. xx
iii. q. viii. Si a me peteret qd̄ meũ eſſ. i. fundũ meũ argẽtũ meũ: ⁊ h⁹
mõi meũ. nõ refragarer quãq̄ oĩa q̄ mea ſũt paupũ ſint. ¶ Secũdo ĩ
mũdicie puritate. fuit em̄ virgo. Vñ refert Hiero. eũ dixiſſe. Virgini
tatẽ nõ ſolũ efferim⁹ ſ ſeruam⁹. ¶ Tercio in fidei firmitate. vñ dixit
cũ impator peteret baſilicã. ⁊ eſt in codẽ caplo. Prius eſt vt aiam mihi
q̄ fidẽ auferat. ¶ Quarto in martirii auiditate. vñ legit̄ in ep̄la ſua
de baſilica ñ tradẽda q̄ ppoſit⁹ valẽtiniani ambroſio mãdauit dicẽs. tu
cõtẽnis valentinianũ. caput tibi tollo. cui ãbroſi⁹. deus pmittat tibi vt
facias quod minaris. atq̄ vtinã de⁹ auertat eos ab eccia. ⁊ in me oĩa
tela ſua cõuertãt ⁊ meo ſanguie ſitim ſuã explcãt. ¶ Quito in oȓonis
inſtãtia. Vñ dr̄ de eo. ⁊ habetur in. xi. li. hyſt. ecciaſtice. Ambroſi⁹ ad
uerſũ regine furorẽ nõ ſe mãu defenſabat aut telo: ſ ieiuniis ⁊ ꝯtinu
atis vigiliis: ſub altari poſit⁹ p obſecratões defenſorem ſibi atq̄ eccle
ſie deũ pabat. ¶ Sexto in lacrimaꝝ abundãtia. Habuit em̄ tria ge
nera lacrimaꝝ. ſ lacrimas cõpaſſionis p alioꝝ culpis. Vñ dicit pau
lin⁹ de eo in legẽda: q̄ cũ aliq̄s lapſum ſibi cõfitebatur ſic amariſſime
flebat q̄ illũ flere ſil̄r cõpellebat. lacrĩas deuotõis p eternis dſiderus

Vñ ſupra dictũ eſt a paulino ꝙ cũ interrogaretur cur ſanctos q̈ morie
bãtur ſic fleret. rñdit. ne me putetis flere qꝛ receſſerit. ſꝫ qꝛ me ad gl'aꝫ
p̃ceſſerint lacrĩas cõpaſſiõis ꝑ alioꝝ iniuriis. vñ ipſe dicit d' ſe: ꝛ ẽ in
decreto in ſupꝛiori ca. Aduerſus milites gothoſ lacrĩe mee arma mea
ſũt. Talia eĩm munimĩta ſũt ſacerdotis al'r nec debeo nec poſſũ reſiſtere
¶ b Septio in forti cõſtãtia: c'ſtantia maxĩe in trib' appet. Pꝛio in
defẽſiõe catholice veritatis. vñ dꝛ in li. xi. eccl'iaſtice hy. ꝙ iuſtina mr̃
valẽtiniani ĩpatoris. arriane hereſcos alũna ꝯturbare cepit eccl'iarũ
ſtatũ. ꝯminari ſacerdotib' depulſiões ꝛ exilia. niſi ariminẽſis ꝯcilii de
creta reuocarẽt. q̈ bello eccl'ie muꝝ ac turrĩ validiſſimã pulſabat ãbꝛoſi
um. In c'q̃ꝫ p̃fatõe ſic de eo cãtatur. Tãta virtute ãbꝛoſiũ ſolidaſti cõ
ſtãtie: tãto munere celit' decoraſti. vt ꝑ eũ excluſa torq̃rẽtur demonia
arrianoꝝ ĩpietaſ ꝓpulſa tabeſceret. ac ſecularũ p̃ncipũ colla tuo iugo
ſubacta redderẽt humilia ¶ Scd̃o in tuitõe eccl'iaſtice libtatis. vñ cũ i
pator auferre vellꝫ quãdã baſilicã oppoſuit ſe ãbꝛoſi' ꝯ ĩpatorẽ: ſicut
ipſe teſtat̃. ꝛ ẽ i decre. xxiii. q. viii. conuenior ip̃e a cõitib' vt ꝑ me baſilice
fieret matura traditõ dicẽtib' ĩpatorẽ iuſſiſſe iure ſuo tradi debere. rñ
di. Si pꝛimoniũ petit inuadite. ſi corp' occurrã. Vultis ĩ vincl'a rape.
vultis in mortẽ. volũtatis ẽ mihi. ñ ego me vallabo circũfuſiõe pploꝝ
nec altaria tenebo vitã obſecrãs. ſꝫ ꝑ altarib' graci' ĩmolabor. mãdat̃
tradere baſilicã. vrgemur itaqꝫ p̃ceptis regalib'. ſꝫ ꝯfirmamur ſcptu
re ſmõib'. q̈ rñdit. Tanq̃ vna ex inſipiẽtib' locuta es. noli grauare te i
pator vt putes te ĩ ea q̈ diuia ſũt ĩpiale aliq̃d ius hr̃e. ad ĩpatorẽ pala
cia ptinẽt. ad ſacerdotes eccl'ie. ſctũs naboth vineã ſuo ꝓpꝛio cruore d
fẽdit. ſi ille vineã ñ tradidit ſuã. nec nos tradem' xp̃i eccl'iam. Tributũ
ceſaris ẽ: ñ negetur. eccl'ia dei ẽ. ceſari vtiqꝫ ñ dõetur. ſi de me aliq̃d cõ
pelleret̃ ꝛ poſceret̃ ã fũd': ã dom' ã auꝝ: aut argẽtũ. id q̃d iuriſ mei eſſꝫ
libẽter offerrẽ. tẽplo di nihil poſſũ decerpe nec detrahere. cũ illd' cuſto
diendũ: ñ tradẽdũ accepi ¶ Tercĩo ĩ obiurgatõe vicii ꝛ oĩs iniq̃tatis.
Vñ legitur in hy. tripita in q̃dã crõica: ꝙ cũ apud theſolõicã orta ſe
ditõe q̃dã iudices fuiſſent a pp'lo lapidati. theodoſi' ĩpator indignat':
iuſſit oẽs interimi. nocẽtes ab ĩnocẽtib' ñ ſecernens. vbi fere q̈nqꝫ mi
lia hoim ſũt occiſa. Cũ igitur ĩpator mediolanũ veniſſꝫ ꝛ eccl'iaꝫ itrare
vellꝫ occurrit ei ãbꝛo. ad ianuã: eiqꝫ aditũ ꝓhibuit dicẽs. cur ĩpator p'
cãm tãti furoris ñ agnoſcis molẽ tue p̃ſũptõis. ſꝫ forte recognitiõem
peccati ꝓhibet ptãs impii. Decꝫ te vt vincat rõ ptãtem. ¶ Princeps es
o impator ſꝫ ꝯſeruoꝝ. quib' ꝙ oculis aſpicies cõis dñi tẽplũ q̈bus pe
dibus calcabis ſcrm̃ pauimẽtũ. q̃uo man' extendes de quib' adhuc ſan
guis ſtillat iniuſt'. q̈ p̃ſũptõne ore tuo poculũ ſanguinis eius pcipies
dum furore tuoꝝ ſermonũ tantus iniuſte ſit ſanguis effuſus. Recede
ergo recede: ne ſecũdo peccato priorẽ neq̃tiã augere ꝯtẽdas. Suſcipe

vincl'm q̄ te dn̄s nūc ligauit.ē eñ medicia maxia ſanitatis.his ſermōi
bus impator obediēs.gemēs ꝛ flens ad regalia remeauit. Cum ergo
diu i fletu māſiſſꝫ.rufinꝰ mgr̄ militū cām tāte triſticie reqſiuit. cui ille.
tu inqt mea mala ñ ſentis.qꝛ ſuis ꝛ mēdicātibꝰ apta ſūt tēpla.mihi ve
ro ad ea igreſſꝰ ñ ē.ꝛ hec dicēs ſingl'a verba ſingultibꝰ iterrūpebat.cui
rufinꝰ.curro ſi vis ad āb̄roſiū vt tibi ſoluat vincl'm q̄ te ligauit.ꝛ ille.
ñ poteris ſuadere āb̄roſio.qꝛ ñ verebit̄ iꝑialē ꝑtatē vt legē poſſit ꝑua
ricari diuinā.ſꝫ cū ille ꝑmitteret ꝙ eū flecteret:eū iꝑator ire ꝑcepit. et
ipē pꝰ paululū ē ſecutꝰ.mox aūt vt āb̄.rufinū vidit:ait.iꝑudētiā canū
imitarꝰ es.o rufine tāte vicꝫ necis autor extās.ꝛ nec pudorē ex frōte d̄
tergēs:ñ erubeſcis ꝯ maieſtatē latrare diuinā. Cūqꝫ rufinꝰ ꝓ iꝑatore
ſupplicaſſꝫ ꝛ diceꝛꝫ eū ſeq̄ ſuꝑno zelo.accēſus āb̄ro.ait. ego tibi ꝑdico
q̄m igredi eū ſacra limia ꝓhibeo.ſi vero ꝑtatē in tirānidem mutauerit
necē libēter ſuſcipio.q̄d cū rufinꝰ iꝑatori nūciaſſꝫ.ꝑgā inqt ad eū vt iu
ſtas i facie ꝯtūelias recipiā.cū ergo veniſſꝫ.ꝛ ſua ſolui vīcula poſtulaſ
ſet:occurrēs āb̄ro.ꝛ igreſſū ꝓhibēs ait.quā pniāꝫ oñdiſti pꝰ tātas iniq̄
tates.ꝛ ille.tuū ē iponere.meū obtꝑare.vex̄ cū iꝑator allegaret qꝛ et
dauid adulteriū ꝛ hōicidiū cōmiſiſſꝫ.ait āb̄ro.q̄ ſecutꝰ es errātē ſeq̄re
penitētē.q̄d ita ḡtāter iꝑator ſuſcepit.ꝙ publicā pniam agere nō recu
ſauit.cū igit̄ recōciliatꝰ eccīam itraſſꝫ.ꝛ itra cācellos ſtaꝛꝫ.req̄rit āb̄ro
ſiꝰ q̄d ibi expectaꝛꝫ.cui cū diceꝛꝫ ſe ꝑceptōꝫ ſacroꝝ miſterioꝝ expecta
re:ait āb̄ro.O iꝑator iteriora loca tm̄ ſacerdotibꝰ ſūt collata.egredeꝛ̄
igit̄:ꝛ hāc expectatōꝫ cū ceteris habe cōem.purpura nanqꝫ iꝑatores fa
cit.ñ ſacerdotes.cui iꝑator ꝓtinꝰ obediuit. Cū ḡ ꝯſtātinopoli reuerſꝰ
extra cācellos ſtaret.mādauit eidē eps̄ vt itraret.ꝛ ille ait.vix diſcere
potui q̄ dr̄ntia ſit iꝑatoris ꝛ ſacerdotis. vix eñ veritatis iueni mgr̄m
āb̄roſiū nāqꝫ ſolū noui vocari pōtificē. ¶ I Octauo in ſana doctria
Eiꝰ nāqꝫ doctria hꝫ altā ꝓfūditatē. Hiero.de.xii.doctoribꝰ. Ambro
ſius ſuꝑ ꝓfūdoꝝ pinna raptꝰ ꝛ aeris volucer ꝙdiu i ꝓfūdū igreditur
fructū d̄ alto caꝑe videt̄.firmā ſoliditatē.hiero.ibidē.eiꝰ oēs ſnīe fidei
et eccīe ꝛ oīm virtutū firme ſūt colūne.elegātē venuſtatē. Augꝰ.i li.d̄
nupt.et ꝯcūꝰ. Pelagiꝰ hereſiarcha ſic laudat āb̄roſiū vt dicat.beatꝰ
āb̄ro.eps̄ i cꝰ ꝑcipue libris romana lucet fidēs.q̄ ſcꝑtoꝝ iter latios floſ
q̄dā emicuit.ꝛ ſubdit augꝰ.cꝰ fidē ꝛ puriſſimū i ſcꝑtis ſenſū:nec inimicꝰ
q̄dē auſuſ ē reꝑhēdere.magnā autoritatē.qꝛ ātiq̄ doc.ſicut augꝰ verba
ſua ꝑ mag̃ autoritate hēbāt.vñ refert augꝰ ad ianu.ꝙ cū mr̄ eiꝰ mirata
fuiſſꝫ cur mediolāi ſabbato ñ ieiūaret.et d̄ h̄ augꝰ āb̄roſiū iterrogaſſꝫ
ait ambro.Cū venio romā ieiuno ſabbato Sic ꝛ tu ad quā forte eccle
ſiam veneris eiꝰ morē ſerua.ſi cuiq̄ non inde vis ſcandalū eē.nec q̄ꝙ
tibi.Et ſubdit augꝰ.Ego de hac ſnīa etiā atqꝫ etiā cogitans.ita ſꝑ ha
bui tanq̄ eā celeſti oraclo accepim. Vita ꝛ paſſio tiburcii ꝛ valeriāi

in paſſione ſancte Cecilie continetur.



# De ſancto georgio

Georgi⁹ dr̄ a geos qd̄ ē terra. ⁊ orge qd̄ ē colere. q̄ſi colēs terrā. i.
carnē ſuā. Aug⁹. aūt in li. de tri. dicit. q̄ bōa terra eſt in altitudīe mōti
um. tempamēto colliū. planicie campoꝝ. Pria eñ eſt bōa ad virentes
herbas. ſecūda ad vineas. tercia ad fruges. ſic beat⁹ georgi⁹ fuit altus
deſpiciēdo īferiora. ⁊ ideo habuit virorē puritatis. Tempat⁹ p diſcre
tionē. ⁊ ideo habuit vinū interne iocūditatis. Plan⁹ p hūilitatē. ⁊ ideo
ptulit fruges bōe opatōis. Vel georgi⁹ dr̄ a gerar qd̄ eſt ſacꝝ. ⁊ gion
qd̄ eſt arena q̄ſi ſacra arena. Fuit eñ arena: q2 pōderoſus moꝝ graui
tate. minut⁹ hūilitate. ⁊ ſiccus a carnali voluptate. Vel georgius dr̄ a
gerar qd̄ eſt ſacꝝ. ⁊ gion qd̄ luctatō. q̄ſi ſacer luctator: q2 luctatus eſt
cū dracone ⁊ carnifice. Vel georgius dr̄ a gero: qd̄ eſt pegrin⁹. ⁊ gir p
ciſus. ⁊ vs ꝯſiliator. Ipſe eñ fuit pegrin⁹ in ꝯtemptu mūdi. pcioſus ī
corona martirii. ⁊ ꝯſiliator in pdicatōe regni. Eius legēda inter ſcrip
turas apocrifas in niceno ꝯcilio ꝯnumerat̄. ex eo q̄ ei⁹ martiriū certā
relatōem nō hꝫ. Nā in kalendario bede dr̄ q̄ ſit paſſus in pſida ciuita
te dyaſpoli. q̄ pri⁹ lidda vocabat̄. ⁊ eſt iuxta iopen. Alibi dr̄ q̄ paſſus
ſit ſub dyocleciano et maximiano īpatorib⁹. Alibi legit̄: q̄ ſub dyocl.
impa. pſaꝝ: pn̄tibus. lxx. regib⁹ imperii ſui. Hic dr̄ q̄ ſub daciano pre
ſide. imperantibus dyocleciano ⁊ maximiano. ¶ A

Georgi⁹ tribun⁹. genere capadox. puenit qdā vice in pūinciā
libie: in ciuitate q̄ dr̄ ſilena. Iuxta quā ciuitatē erat ſtagnū in
ſtar maris. in q̄ draco peſtifer latitabat. q̄ ſepe pplm ꝯ ſe armatū in fu
gam ꝯuerteret. flatuq3 ſuo ad muros ciuitatis accedēs oēs inficiebat
Quapꝑter cōpulſi ciues duas oues q̄tidie ſibi dabāt: vt ei⁹ furorē ſeda
rēt. alioqn ſic muros ciuitatis īuadebat. et aerē īficiebat: q̄ plurimi in
teribāt. Cū g̃ iā oues pene deficerēt maxie cū haꝝ copiā hīe n̄ poſſent
inito ꝯſilio ouē cū adiūcto hoīe tribuebāt. cū igit̄ ſorte oīm filii et filie
darētur: et ſors neminē exciperet: et iā pene oēs filii et filie ppli eēnt cō
ſūpti. qdā vice filia regis vnica ſorte eſt dephēſa: et draconi adiudica
ta. Tūc rex cōtriſtatus ait. Tollite auꝝ et argentum: et dimidiū regni
mei: et filiam meam mihi dimittite: ne taliter moriatur. Cui populus
cum furore reſpondit. Tu o rex hoc edictum feciſti. et nunc oēs pueri
noſtri mortui ſūt: et tu vis filiā tuā ſaluare. niſi in filia tua cōpleueris
qd̄ in aliis ordinaſti. ſuccendem⁹ te et domū tuā. Quod rex audiens: ce
pit filiā ſuā flere dicēs. Heu me filia mea dulciſſima qd̄ de te faciā. aut
qd̄ dicā q̄n pl⁹ videbo nuptias tuas. et cōuerſus ad pplm dixit. oro vt
inducias octo dieꝝ lugendi mihi filiā tribuatis. qd̄ cū ppls admiſiſſet
in fine octo dieꝝ reuerſus ppls eſt cū furore dicēs. Quare pdis pplm

tuū ꝓpter filiā tuā. En oēs afflatu draconis morimur. Tūc rex vidēs
q̄ nō poſſz filiā liberare: induit eā veſtib⁹ regalib⁹. ⁊ āplexat⁹ eā cū la
cris dixit. heu me filia mea dulciſſima ꝺ̄ te filios ī regali gremio nutrire
credebā et nūc vadis vt a dracōe duorēris. heu me fi. mea dulc. ſꝑabā
ad tuas nuptias ꝑ̄ncipes inuitare. palaciū margaritis ornare. tīpana
⁊ organa audire. et nūc vadis vt a dracōe duorēris. et deoſculās eā: di
miſit eā dicēs. vtinā filia mea ego añ te mortu⁹ eēm q̄ꝫ te ſic amiſiſſez
Tūc illa ꝓcidit ad pedes p̄ris: petēs ab eo bñdictōz ſuā. quā cū p̄r cū la
cris bñdixiſſz. ad lacū ꝓceſſit. quā btūs geor. caſu ibi trāſiēs: vt plorātē
vidit eā q̄d hēret interrogauit. et illa. bōe iuuēis velociter equū aſcēde
et fuge. ne mecū ꝑiter moriaris. cui geor. noli timere filia: ſꝫ dic mihi
q̄d hic ꝑ̄ſtolaris oī plebe ſpectāte. et illa. vt vidō bōe iuuenis magnifici
cordis es tu. ſꝫ cur mecū mori deſideras. Fuge velociter. Cui georg.
hinc ego n̄ diſcedā donec mihi q̄d habeas intiabis. Cū ergo totū ſibi
expoſuiſſz. ait georg. Filia noli timere: q2 in xp̄i noīe te iuuabo. Et illa
Bone miles mecū ne ꝑeas. ſꝫ teip̄m ſaluare feſtines. ſufficit eñi vt ſo
la ꝑeā. nā me liberare nō poſſes. ⁊ mecū ꝑires. Dū hec loq̄ref. ecce dra
co veniēs caput de lacu leuauit. tūc puella tremefactā dixit. fuge bone
dñe: fuge velociter. Tūc geor. equū aſcēdens. ⁊ cruce ſe muniēs draco
nem ꝯtra ſe aduenientē audacter aggredit̄. ⁊ lācea fortiter vibrās: ⁊ ſe
deo ꝯmēdās ip̄m grauiter vl̄nerauit. et ad terrā deiecit. dixitq̄ꝫ puelle
Proice zonā tuā in collū dracōis: nihil dubitā o filia. q̄d cū feciſſz ſeq̄
bat eā velut māſuetiſſim⁹ canis. Cū ergo eū in ciuitatem duceret ppl'i
hoc videntes ꝑ mōtes et colles fugere cepūt dicētes. ve nobis q2 iam
oēs ꝑibim⁹. Tūc beat⁹ geor. innuit eis dicens. nolite timere. ad hoc eñi
me miſit dñs ad vos vt a penis vos liberarē draconis. tm̄mō in xp̄m
credite. et vnuſq̄ſq̄ꝫ v̄r̄m baptizef. et draconē iſtū occidā. tūc rex et oēs
ppl'i baptizati ſūt. Beat⁹ aūt geor. euaginato gladio draconē occidit
et ipſum extra ciuitatem efferri precepit. Tunc quatuor paria boum
ipſum extra ciuitatem in magnū cāpū foras duxerūt Baptizati aūt ſūt
in illa die viginti milia hoim. exceptis puul' et ml'rib⁹ ¶ B Rex aūt
in honore beate marie et beati georgii eccl'iam mire magnitudis ꝯſtru
xit. De cui⁹ altari fōs viu⁹ emanat. cui⁹ pot⁹ oēs lāguidos ſanat Rex
vero infinitā pecuniā btō geor. obtulit: quā ille recipe nolēs. paupib⁹
eā dari p̄cepit. tūc georgi⁹ regē ꝺ̄ q̄tuor breuiter iſtruxit. ſ. vt eccl'iaꝝ di
curā hēt. ſacerdotes honoraret. diuinū offm̄ diligenter audiret. et ſp
paupeꝝ memor eſſet. et oſculato rege inde receſſit. In aliq̄bus tñ libris le
gitur. q̄ dū draco ad deuorādū puellā ꝑgeret. georgius ſe cruce muni
uit. et draconē aggrediens interfecit ¶ Eo tp̄e impātib⁹ dyocleciano
et maximiano ſub p̄ſide daciano tāta ꝑſecutō xp̄ianoꝝ fuit. vt īfra vnū
menſem. xvii. M. martirio coronarētur. Vñ īter tot tormētoꝝ genera

miſti x̄pianoꝝ deficiebāt. ⁊ idolis imolabāt. q̄d vidēs ſanctꝰ geoꝛ. tactꝰ
doloꝛe cordis intrinſecus oīa q̄ hēbat diſpſit. militarē habitū abiecit.
x̄pianoꝝ hitum induit. ⁊ in mediū ꝓſiliēs: exclamauit. Omēs dii gēti
um demōia. dn̄s aūt celos fecit. Cui p̄ſes iratꝰ dixit. Qua p̄ſumptiōe
audes deos nr̄os demōia appellare. Dic tn̄ vn̄ es tu: aut q̄ noīe vocaris
Cui georgiꝰ ait. Georgiꝰ vocoꝛ: ex nobili capadocū ꝓſapia oꝛtus. Pa
leſtinā x̄po fauēte deuici. ſʒ oīa deſerui vt ſeruire poſſem liberiꝰ deo
celi. Cū aūt p̄ſes eū ad ſe inclinare nō poſſet: iuſſit eū in eculeū leuari.
⁊ membꝛatim coꝛpꝰ eius vngulis laniari. Appoſitis inſup ad latera
facibus. patētibꝰ viſceꝝ rimis. ſale plagas eiꝰ fricari iuſſit. Eadē nocte
dn̄s cū ingēti lumīe ei appuit. ⁊ ipſʒ dulciter ꝯfoꝛtauit. Cuiꝰ melliflua
viſione ⁊ allocutōe ſic ꝯfoꝛtatꝰ eſt. vt ꝓ nihilo duceret cruciatꝰ. Vidēs
dacianꝰ ꝙ eū penis ſupare nō poſſʒ quendā magū acceꝛſiuit. eiqʒ dixit
Xp̄iani ſuis magicis artibꝰ tormēta ludificāt ⁊ deoꝝ noſtroꝝ ſacrificia
ꝑuipendūt. Cui magꝰ. Si artes eiꝰ ſupare nequero: capitis reus ero.
Ipſe maleficiis ſuis inuectis. ⁊ deoꝝ ſuoꝝ noībus inuocatis venenum
vino imiſcuit. ⁊ ſctō georg. ſumendū poꝛrexit. Cōtra q̄d vir dei ſignū
crucis edidit. hauſtoqʒ eo nil leſiōis ſentit. Rurſū magꝰ prioꝛe foꝛtiꝰ
venenū imiſcuit Quod vir dei ſigno crucis edito ſine leſiōe aliq̄ totuʒ
bibit. Quo viſo magꝰ ſtatim ad pedes eiꝰ cecidit. veniā lamētabil'r petiit
⁊ ſe x̄pianū fieri poſtulauit. Quē mox iudex decollari fecit. Sequēti die
iuſſit georgiū poni in rota: gladiis bis acutis vndiqʒ circūſepta. Sed
ſtatim rota frāgit̄. ⁊ georgiꝰ illeſus penitꝰ inuenit̄. Tūc iratꝰ iuſſit euʒ
in ſartaginē plūbo liq̄facto plenā ꝓici. Qui facto ſigno crucis: in eaʒ
intrauit. Sʒ virtute dei cepit in ea q̄ſi in balneo refoueri Quod vidēſ
dacianꝰ cogitauit eū emolliri blādiciis: quē minis ſupare nō poterat.
vel tormētis. Dixitqʒ illi. Vides fili georgi q̄nte māſuetudis ſunt dii
nr̄i. te q̄ blaſfemū tā patiēter ſuſtinēt. pati nihilomiꝰ ſi ꝯuerti volueriſ
indulgere. Age ḡ dilectiſſime fili q̄d hoꝛtoꝛ. vt ſupſtitōe relicta diis no
ſtris ſacrifices. vt mḡnos ab ipis ⁊ a nobis ꝯſeq̄ris honoꝛes. cui geoꝛ.
ſubridēs ait. vt q̄d a p̄ncipio nō magis mihi pſuaſiſti blādis ſmōibꝰ
q̄ꝫ tormētis Ecce patus ſum facere q̄d hoꝛtaris. hac ꝓmiſſiōe dacianꝰ
deluſus: letꝰ efficit̄. Iuſſitqʒ ſub voce p̄conis vt oēs ad ſe ꝯuenirent. ⁊
georgiū tā diu reluctātē tādē cedere: ⁊ ſacrificare viderēt. Oꝛnata igi
tur tota ciuitate p̄ gaudio. cū georgiꝰ ydoloꝝ tēplū ſacrificaturꝰ intraꝛʒ
⁊ oēs ibidē gaudētes aſtarēt. flexis genibꝰ dn̄m exoꝛauit: vt tēplū cum
ydolis ſic oio deſtrueret: q̄tenꝰ ad ſui laudē. ⁊ ppl'i ꝯuerſiōeʒ nihil d̄ eo
penitꝰ remanerʒ. Statiqʒ ignis de celo deſcēdēs: tēplū cū diis ⁊ ſacer
dotibꝰ cōcremauit. terraqʒ ſe apiens omnes eoꝝ reliquias deglutiuit

¶ Hic exclamat ambꝛo. in p̄fatōe dicens. Georgius fideliſſimuſ miles
x̄pi: dum criſtianitatis ꝓfeſſio ſilentio tegeretur. ſoluſ inter criſticolas

intrepid⁹: dei filiū eſt cōfeſſus. Cui et tantā ꝯſtātiā grā diuina ꝯceſſit
vt et tirānice ꝑtatis ꝑcepta contēneret. ⁊ innumerabiliū nō formidarʒ
tormēta penaꝝ. O felix ⁊ inclitus dn̄i ꝓliator. quē nō ſoluʒ tꝑalis regni
blāda nō ꝑſuaſit ꝑmiſſio. ſʒ ꝑſecutore deluſo. ſimulacroꝝ ei⁹ portenta
in abiſſum deiecit. Hec ambro. Hoc audiens dacian⁹ georgium ad ſe
adduci fecit. eiqʒ dixit Que ſunt maleficia tua peſſime hoīm. q̄ tm̄ faci
nus ꝯmiſiſti. Cui georgi⁹. Non credas me nō ſacrificare. ſed mecum
perge: ⁊ iterū me imolare vide. Cui ille. Intelligo fraudem tuā. qꝛ vis
me facere obſorberi. ſicut templuʒ et deos meos abſorberi feciſti. Cui
georgi⁹. Dic mihi miſer. dii tui qui ſe iuuare nō potuerūt. q̄mō te iuua
bunt. Iratus rex nimis dixit alexandrie vxori ſue. Deficiens moriar.
qꝛ ab hoc hoīe me ſupatuʒ cerno. Cui illa. Tirāne crudelis ⁊ carnifex
nūqd nō dixi tibi ſepi⁹: ne xp̄ianis moleſtus eſſes. qꝛ de⁹ coꝝ ꝓ ipſis
pugnaret. ⁊ nūc ſcias me velle fieri xp̄ianā. ſtupefact⁹ rex ait Heu ꝓch
dolor. nūquid et tu es ſeducta. Fecitqʒ eā ꝑ capillos ſuſpendi. et flagel
lis duriſſime cedi. Que dum cederet: dixit georgio Georgi lumen veri
tatis. q̄ putas ꝑueniaʒ. nōdum aqua baptiſmi renata. cui georgi⁹ nihil
heſites filia. qꝛ ſanguis tui effuſio baptiſm⁹ tibi reputabitur ⁊ corōa
Tūc illa orās ad dn̄m emiſit ſpm̄. Huic atteſtat̄ ambro. i ꝑfatōe dicēs
Ob hoc et gēnū regia pſaꝝ. crudeli a viro dictata ſnīa. nōdū baptiſ
mi grām ꝯſecuta: glioſe paſſiōis meruit palmā. Vñ nec dubitare poſ
ſum⁹ ꝙ roſea pfuſa ſanguis vnda reſeratas poli ianuas ingredi meru
it. regnūqʒ poſſidere celoꝝ. hec ambro. C Sequēti vero die geor
gius talē accepit ſniaʒ. vt ꝑ totā ciuitatē traheretur. poſtmodū capite
puniret̄. Orauit aūt ad dn̄m vt q̄cūqʒ ei⁹ iploraꝛʒ auxiliū: petitōis ſue
ꝯſeq̄retur effectū. Diuina aūt vox ad eum venit. ꝙ ſic fieret vt orauit
Cōpleta orōne capitis abſciſiōe martiriū ꝯſūmauit. ſub dyocleciāo
et maximiano. Qui cepit circa annū dn̄i. cc.lxxxvii. Dacian⁹ autē
cū de loco in q̄ decollat⁹ ē. ad palaciū rediret ignis de celo cecidit ⁊ ipſʒ
cū miniſtris ſuis ꝯſūpſit. Refert greg⁹. turonēſ. ꝙ cū q̄dā quaſdā re
liq̄s ſcti georgii deferret. et in q̄dā oratorio hoſpitati fuiſſent. mane
nullaten⁹ capſaʒ mouere potuerūt. donec ibidē reliq̄aꝝ ꝑticulaʒ dimi
ſerūt. Legit̄ in hy. antiochena. ꝙ cū xp̄iani ad obſidēdū hiꝛl'm ꝑge
rent q̄dā iuuēis ſpecōſiſſim⁹ cuidā ſacerdoti appuit. q̄ ſctm̄ georgiū du
cem xp̄ianoꝝ eē ſe dicēs: monuit vt ei⁹ reliq̄as ſecū in hiꝛl'm deportarent
et ipſe cū eis eſſʒ. Cū aūt hiꝛl'm obſediſſent. et ſaracenis reſiſtētib⁹ per
ſcalas aſcēdere nō auderēt beat⁹ georgi⁹ armis albis indutus. ⁊ cruce
rubea inſignit⁹ appuerit. innuēs vt poſt ſe ſecuri aſcēderēt et ciuitatē
obtinerēt. Qui ex hoc aīati ciuitatē ceperunt. et ſaracenos occiderunt.

## De ſancto marco euangeliſta. LVII. A.

MArcus interp̄tatur ſublimis mandato:certus:declinatus: ⁊
amarus. Sublimis mādato rōne pfectōis in vita.qꝛ nō ſoluꝫ
ſeruauit mādata ꝯmūia.ſꝫ etiā ſublimia.ſicut ſunt conſilia.
Certꝰ rōe certitudis in doctrina.qꝛ doctrinā euāglíi ſui certā tradidit
vtpote quā a petro mgr̄o ſuo didicit Declinatꝰ rōne pfūde hūilitatis.
Nā ꝓpter nimiā hūilitatē pollicē ſibi amputaſſe ḋr:vt ſacerdotio rep̄
bus haberet̄. Amarꝰ rōne acerbitatis pene.qꝛ vbiqꝫ ꝑ ciuitatē tractꝰ
fuit.⁊ inter hec tormēta ſpm̄ tradidit. Vel marcꝰ ḋr a marco:q̄d eſt mal
leꝰ maioꝝ q̄ quidē eodē ictu ferꝝ domat.melodiam generat.incudē fir
mat.ſic marcꝰ vnica doctrina ſui euāgelii domat hereticoꝝ pfidiā di
latat laudem diuinam.confirmat eccleſiam. ¶ B

MArcus euangeliſta.leuiticus genere.⁊ ſacerdos.petri apoſto
li in baptiſmate filiꝰ.atqꝫ in diuino ſermōe diſcipl's.cum ipo
beato petro romā pfectus eſt Cū aūt petrꝰ ibidē euanglm̄ p̄dicaret ro
gauerūt fideles q̄ erāt rome btm̄ marcū vt euanglm̄ ad ppetuā fideli
um memoriā deberet ꝯſcribere Quod ille quidē vt ex ore mgr̄i ſui bti
petri audierat:fideli ſtilo cōſcripſit. Petrus aūt illud diligenter exa
mināꝰ.vbi omni veritate plenū cōſpexit recipiendū ab oibus fidelibꝰ
ꝯprobauit. Videns aūt petrꝰ marcū cōſtantē in fide:ipm̄ aquilegiam
deſtinauit.vbi verbū dei p̄dicās:innumeras gentiū multitudines ad
fidē xp̄i ꝯuertit. Ac euāglm̄ ſuū ſilr ibidē cōſcripſiſſe ḋr.q̄d quidē vſqꝫ
hodie in aquilegienſi eccl'ia oſ̄ditur.⁊ deuotōe ꝯgrua reſeruatur. Tā
dem beatus marcus aq̄legiē.ciuē ſcꝫ ermagorā:quē ad fidē xp̄i cōuer
tit:romā ad btm̄ petꝝ adduxit.vt eū in aq̄legie ep̄m cōſecraret Suſce
pto itaqꝫ ermagoras pontificatꝰ offō:cū aq̄legiē.eccl'iam optīe guber
naſſet. Tandē ab infidelibus capit̄.⁊ ibidē martirio coronat̄ Marcus
vero a beato petro alexādriā miſſus eſt.⁊ ibi primꝰ verbū dei p̄dicauit
In pⁱo aūt introitu ſuo alexandriā:vt ait philo.diſertiſſimꝰ iudeoꝛꝫ
maxia multitudo in fide ⁊ deuotōe.et cōtinētie obſeruatōe adunata ē
Papias q̄ꝫ hieropolitanꝰ ep̄s valdē p̄clara eiꝰ p̄conia p̄cipuo dilucidat
ſtilo. Petrus vero damiani ſic ait de eo. Tantā eidē deus apud alexā
driā grām p̄rogauit.vt oēs q̄ tūc ad fidei rudimēta ꝯfluerent.moꝝ ꝑ
cōtinētiā.ac totiꝰ ſctē cōuerſatōis inſtātiā tanq̄ ad mōaſtice pfectōis
faſtigiū puolarēt.ad q̄d nō ſolū miraculoꝝ pdigiis.nō ſolū predicatōiſ
eloq̄is.ſed etiā eximiis puocabat exemplis. Et infra. Factū eſt autem
vt poſt mortē ad ytaliā deinde ſit reuerſus.vt terra in q̄ datū eſt ſibi e
uanglm̄ ſcribere ſacras mereat̄ eiꝰ reliq̄as poſſidere. Beata es o alex
andria triūphali hoc ſanguie purpurata.felix et tu ytalia corpis huꝰ
theſauro diues effecta ¶ L Tāte aūt hūilitatis ḋr fuiſſe vt pollicē
ſibi amputauerit.ne ad ordinē ſacerdocii poſſꝫ hūano iudicō pmoueri
Vexꝝ diſpoſitō dei.⁊ autoritas ſcti petri p̄ualuit.q̄ ipm̄ alexandriā

epm̄ deſtinauit. Nox aūt vt alexandriā eſt ingreſſus: ſubito calciamē
tum eius ruptū eſt atq̨ ſolutū. Quod in ſpū intelligens ait. Uere ex-
peditū fecit dn̄s iter meū. nec me ſathanas īpedire poterit quē ab opi
bus mortuis dn̄s iam abſoluit. Uidens aūt marc⁹ quendā vetera con
ſuentē. eidē calciamētū tradidit corrigēdū. quod cū faceret ſiniſtrā ma-
nū grauiter vulnerauit: ac fortiter exclamare cepit. Unus deus. quo
audito vir dei ait. Uere proſper fecit dn̄s iter meum. Factoq̨ luto ex
ſputo manū eius vnxit. ⁊ ꝯtinuo ſanitatē recepit. Uidēs hō ille tantā
ei⁹ efficaciā. in domū ſuā illū introduxit. ⁊ quiſ eſſet vel vnde pcūctari
cepit. At ille ſe dn̄i ieſu xpi ſeruū confeſſus eſt. Cui ille ait. vellē ego vi
dere eū. Et mar. ego eū tibi demōſtrabo. Incipienſq̨ marcus xpm̄ ei
euangelizauit. ⁊ ipm̄ cū tota domo ſua baptizauit. Audientes autem
viri ciuitatis illius quendā galileū qui deoꝝ ſacrificia ꝯtēneret adue
niſſe ei inſidias poſuerūt. Quod ille cognoſcens hoīem illū quem cura
uerat qui dicebatur anianuſ ibidē epm̄ ordinauit. ⁊ ipſe pentapoli pre
xit. Et cū ibidē duobus annis ſtetiſſet. iteꝝ alexandriā rediit. qui ⁊ iux
ta mare in rupibus ecclam conſtruxerāt: in loco q̇ dr̄ bucculi. ⁊ fideles
ibidē multiplicatos inuenit. Pontifices aūt temploꝝ eū cōprehēdere
conabātur. Cū aūt in ſolennitate paſcali beat⁹ marcus miſſ[illegible] celebra
ret cōuenerūt illuc oēs. ⁊ fune in collo eius miſſo ipm̄ p ciuitatē trahe
bant dicētes. Trabam⁹ bubalū ad loca bucculi. Carnes aūt eius i ter
ram fluebāt. ⁊ ſanguine lapides rigabātur. Poſt hoc in carcere redu
ditur. ⁊ ibidē ab angelo confortat̄. Sed ⁊ ipe dn̄s ieſus xp̄s eū viſita-
uit: eūq̨ cōfortauit dicens. Pax tibi marce euangeliſta meus: noli ti-
mere. q2 ego tecū ſum vt eruā te. Mane ergo facto funē iteꝝ collo ei⁹
immittūt. ⁊ huc illucq̨ raptim eū ꝑtrahūt exclamātes. Trahite buba
lum ad loca bucculi. Ipſe aūt dū traheretur gracias agebat dicēs In
manus tuas cōmendo ſpm̄ meū. Et hoc dicēs ſpm̄ exalauit. ſub nero
ne: qui cepit circa annū dn̄i. lvii. Cū aūt pagani eū vellent cōburere:
ſubito aer turbatur: grādo exoritur. tonitrua intonāt. fulguraq̨ coru
ſcant: ita vt quilibet euadere niteretur. ⁊ ſanctū corpus ibidē intactū
reliquerūt. Criſtiani vero corpus eius rapuerūt. ⁊ in eccl̄ia cū omni re
uerentia ſepelierūt. Fuit aūt forma bti marci huiuſmōi. Lōgo naſo
ſubducto ſupcilio. pulcris oculis. recaluaſter. plixa barba. habitudiniſ
optime. etatis medie. canis aſpſus. affectōe cōtinēs. grā dei plenus.
Beat⁹ aūt ābro. de eo ſic ait. Dū beatus marc⁹ innumeris coruſcaret
miraculis: contigit vt ſutor cui calciamētū tradiderat corrigendū ſini
ſtram ſibi in eius labore ꝑtunderet manū. Hic cū inflicto vulnere vn⁹
deus clamauit. dei famulus audiens: letus affuit. lutū ex ſputo factū
accepit: eiuſq̨ manū inunxit. ſanāq̨ ilico reddidit. ⁊ labori tradidit. il
l⁹ nempe cuius ꝑdicabat euāgl'm ſil' imitat̄ miraculū. ceci videlicet a

p

natiuitate illuminati a dño factuz. Hec ambroſiꝰ. B Anno ab
incarnatõe dñi.cccc.lxviii.tpe leonis impatoris.veneti corpus ſancti
marci de alexandria trãſtulerũt.vbi eccl'ia in honore ſancti marci mi
re pulcritudinis fabricata eſt. Quidam nanqȝ mercatores veneti qui
alexandriã preerãt duos pſbiteros cuſtodes corpis ſancti marci pci
bus ꝛ ꝓmiſſionibus induxerũt:vt occulte corpus illud tolli ꝑmitterẽt.
ꝛ venetias trãſportarẽt. Verꝫ cum corpus de tumulo leuaretur.tantꝰ
odor totã alexandriã ſic ꝑfudit.vt omnes vñ tanta ꝓdiret odoris ſua
uitas mirarẽtur. Cũ aũt nauigarẽt.ꝛ qual'r corpus ſancti marci
deferrent aliis nauibus reuelaſſent.vnus illoꝝ ait. Forſitan alicuius
egiptii corpus vobis datũ defertis.ꝛ ſancti marci corpus vos deferꝛ
putatis. Continuo igiꝛ nauiſ in qua erat corpus ſancti marci ꝑ ſeipſã
mira celeritate ſe vertit.ꝛ in nauem in qua ille reſidebat inſurgens la
teris ptem fregit:non prius illã dimittẽs donec omnes ſe ibidẽ corpꝰ
eſſe beati marci credere acclamarẽt. E Cũ quadã nocte naues cur
ſu velociſſimo ducerẽtur:ꝛ naute tempeſtate ꝯquaſſati:ꝛ tenebris obu
luti quo ꝑgerent ignorarent.ſanctus marcus cuidã monacho cuſtodi
corpis ſui appuit dicens. Hic hominibus iſtis vt velociter vela depo
nant.qꝛ nõ lõge a terra diſtãt. Quibus depoſitis mane facto ſe iuxta
quandã inſulã inuenerũt. Verꝫ cũ ꝑ litora diuerſa tranſirent.ꝛ ſanctũ
theſauꝝ oibus occultarent.venientes incole cõclamabãt. O q̄ beati
eſtis qui ſancti marci corpus portatis. Sinite vt ipm ſuppliciter ado
remus. Quidã nauta adhuc omnino incredulus:a demone arripiꝛ
ꝛ tamdiu vexatur donec ad corpus ſancti adductus ſe credere ꝯfiteꝛ.
Qui liberatus gl'iam deo dedit.ꝛ beatũ marcũ in deuotione magna d
inceps habuit. Quodã tpe dum corpus ſancti marci intra quandaȝ
colũnam de lapidibus marmoreis factã paucis conſcius eſſet repoſitũ
vt ibi cautius ſeruaretur.contigit vt teſtibus illis ex hac luce ſublatiſ
nemo vbi nam ſanctus eſſet theſaurus poſſet cognoſcere.nec aliquibꝰ
indiciis inuenire. Fit ex hoc planctus in clericis.deſolatõ ingens ĩ lay
cis.meror iminet vniuerſis. Formidabat ſiquidẽ plebs deuota.ne pa
tronus tam inclitus furtiue fuiſſet ſublatus. Ideoqȝ ieiuniũ ſolenne in
dicitur:ꝓceſſio ſolennior ordinaꝛ. Et ecce cũctis videntibꝰ ꝛ ſtupẽtibus
lapides a colũna ꝓſiliũt.ꝛ archam vbi corpꝰ eiꝰ latebat oibus euidẽter
oñdũt.mox deuotas laudes agũt creatori oim.q̇ ſuũ eis dignatꝰ eſt re
uelare patronũ. Sicqȝ dies illuſtrata tãti ꝓdigii gl'ia ſingl'is annis de
currẽtibus poſteris fit feſtiua. Iuuenis quidã cancri morbo in ma
milla vermibꝰ corrodẽtibus cruciatꝰ.cepit beati marci ſuffragia men
te implorare deuota.ꝛ ecce ſibi dormiẽti quidã ꝑegrino habitu iſigni
tus appuit q̇ gradu ꝯcito aliq̃ ꝑgere videbaꝛ. Qui ab eo interrogatꝰ
q̇s eſſꝫ ꝛ q̇ tã velociter feſtinaret:marcũ ſe eſſe aſſeruit.q̇ tam velociter

ꝑgeret.⁊ cuidā naui ſe inuocanti ꝑiculo ſubueniret.extenſaqȝ manu infirmū tetigit.qui mane euigilās penitus ſe ſanatū ſenſit. Poſt modicū nauis illa portū venetiaꝝ intrauit.narrās ⁊ ſuū periculū: ⁊ marci adiutoriū. Pro vtriuſqȝ igiť bñficio deo graꝝ actio exoluitur .⁊ in ſancto ſuo marco deus mirabilis ꝑdicatur ¶ Dū quidaȝ mercatores veneti ſupra quandā nauem ſaracenoꝝ alexandriā ꝑgerent.⁊ immĩes ꝑiculū euidenter viderēt.mox ſuꝑ ſcaphā aſcendūt. Et funem ꝑcidunt ſtatimqȝ nauis illa fluctuū inundatōe perit.⁊ vniuerſos ſaracēos vnda foraꝝ inuoluit. Unus aūt ex eis beatū marcū inuocans. voto ꝙ potuit ſe aſtrinxit.q̄ ſi ſuū ſibi ꝯferret auxiliū.⁊ ſacrū baptiſma ſuſciperet ⁊ ipſius limina viſitaret. Mox ſibi vir ſplendidus quidā appuit . qui ereptū de fluctibus in ſcapha cū ceteris collocauit . Ille aūt alexādriā veniens:ſȝ liberatori ſuo ingratus exiſtens .nec ſancti marci feſtinat ad limina.nec noſtre fidei ſuſcipit ſacramenta. Cui denuo marcus apparuit.⁊ ipſum de ſua ingratitudine increpauit. Rediens igitur ad ſe venetias venit.⁊ ibidem ſacro baptiſmatis fonte renatus:⁊ marcꝰ appellatus:⁊ in criſtum perfecte credidit:⁊ in bonis opibus vitā finiuit ¶ Vir quidam dum in ſummitate campanilis ſācti marci de venetiis quiddam operis exerceret ſubito cadit improuide.mēbratim toto corpore laniatus. In ipſo tñ caſu ſuo ſancti marci non immemor:eius patrocinium implorauit. Qui cadēs ex inſperato cuidam ligno prominēti ſubſtitit.⁊ dato fune illeſus euaſit.⁊ ad opus priſtinum conſummandum deuotus aſſurgit ¶ Quidā cuiuſdā nobilis prouincialis tꝑaliter ſeruus:dum voto aſtrictꝰ corpus ſancti marci viſitare vellet.ſȝ a dño ſuo licentiam obtinere non poſſet.tandem timorem carnalis domini timori celeſtis poſtpoſuit.⁊ inſalutato domino ad ſanctum viſitandum deuotus acceſſit. Quod dñs egreferens ipm reuerſū exoculari mandauit. Fauēt quātotius crudeli dño crudeliores ſatellites .⁊ dei famuluȝ ſanctū marcū inuocātem ad terraȝ ꝓiciūt.⁊ acutos palos oculis effodiendis apponūt. Sȝ nihil paloꝝ ꝓficiebāt conamine.qꝛ in ſe tabeſcebāt ſubita fractōe. Iubȝ igiť vt ſecuribꝰ crura frāgāť:⁊ pedes ꝑcidāť ſȝ idomabile ferrū ſecuriū ꝓinꝰ molleſcit ī plūbū. Iubȝ malleis ferreis os ⁊ dentes cōtundi.ſȝ ferrū ſue virtutiſ obliuiſciť:⁊ dei potētia hebetatur. Qd dñs vidēs ⁊ ſtupēs veniā petiit.⁊ cū ſeruo ſepulcꝝ ſcti marci deuotōe ſedula viſitauit ¶ Miles qdā in ꝓlio ſic vulneratꝰ in brachio:vt manꝰ a brachio depēderet adeo vt ipſam ꝑcidēdā medici ⁊ amici cōſulerēt. Ille vero erubeſcēs fieri mācꝰ ꝙ ꝯſueuit bñi tā ꝓbus:manū in locū ſuū reſtitutā pannis ſiue medicamētis ligari fecit. Inuocauit igitur bti marci ſuffragia.⁊ manꝰ ꝯtinuo fuit ſanitati priſtine reſtituta ſola tñ cicatrix remāſit:et in tāti miraculi teſtionū.et in tlis bñficii monimītū ¶ Vir quidā de ciuitate mantue falſo ab inuidis accuſatꝰ

in carcerem eſt recluſus. Qui cū .xl. dies ꝑegiſſꝫ ibidē. ⁊ nimio affice-
ret tedio. tādē triduano ieiunio ſe macerās: btī marci ꝓcinū inuoca-
uit. q̄ ſibi appens: iubet vt de carcere ſecurꝰ abſcedat. Ille vero dormi-
tans p̄ tedio neglexit parere iuſſiōibus ſcī. exiſtimās illuſionibꝰ ſe de-
ludi. Deīn ſcdo: ⁊ tandē tercō ſibi appuit: ⁊ eadē ſilr impauit. Qui ad
ſe rediēs ⁊ hoſtiū aptum cōſpiciēs. de carcere ſecurꝰ exiit. ⁊ inſtar ſtu-
pe ꝯpedes mox ꝯfregit. Ibat igitur die media ꝑ mediū cuſtodū. cete-
rorꝫ oīm. ita vt ipſe cūctos vidēs a nemine videret. Qui veniēs ad
ſcī marci tumulū: exoluit deuote debitū graꝝ. ¶ Cū totā apuliā ſteri-
litas magna inuaderet. nec terrā illā bndictōis pluuia irrigaret. reue-
latū eſt ꝙ tali plaga ꝑcuteretur: eo ꝙ ibi ſcī marci feſtiuitas nō colere-
tur. Qū igit ſcm̄ marcū inuocarēt. ⁊ feſtū eiꝰ feſtiue ſe celebraturos ꝓ-
mitterēt. ſterilitatē ab eis marcꝰ depulit. ⁊ inſup abūdantiā miſtrauit
dās eis ſalubrē aerē: ⁊ pluuiā ꝯgruentē ¶ Circa annū dn̄i. M.cc.xli
apud papiā in cōuentu ordinis frm̄ p̄dicatoꝝ. fuit qdā frater religioſe
ac ſcē vite noīe iulianꝰ. natōe fauētinꝰ. iuuenis corpe: ſꝫ canꝰ mēte qui
infirmitate vltīa elaborās. cū priorē domꝰ ſup ſtatu ſuo reqſiuiſſet. et
ille mortē vicinā ſibi iminere diceret. ſtatī facie exhilaratꝰ: ⁊ manibus
ac toto corpe applaudēs: clamare cepit Date locū frēs: qꝛ p̄ nimia leti-
cie abūdātia aīa iā ꝓſiliet ex corpꝰ. ex eo ꝙ iā iocūdos rumores audiuit
Et eleuatis in celū manibꝰ dicere cepit Educ de carcere aīam meā ⁊c.
Infelix ego hō qs me libabit de corpe mortis hꝰ. Inter hec ille leui ſō-
no obdormiēs vidit btm̄ marcū ad ſe veniſſe. ⁊ ſe iux eiꝰ lcm̄ collocaſſe
Et ecce vox ad eū dicēs. Quid ibi agis o marce. Et ille. Ad moriētē
acceſſe iſtū. qꝛ deo eiꝰ miſteriū eſt acceptū Et iter vox ad eū. Quare i-
ter ceteros ſcōs ad eū maxīe tu veniſti. Et ille. qꝛ in me ſpēalem deuo-
tionē habuit. ⁊ locū vbi corpꝰ meū qeſcit deuotōe ſedula viſitauit. Et
ideo veni eū in hora ſui exitus viſitare. Et ecce qdā albati totā domū
impleuerūt. Quibus ait marcꝰ. Quare huc veniſtis. Et illi. Ut iſtius
aīam in cōſpectu dn̄i pn̄temꝰ. Euigilās aūt p̄dictꝰ frater ꝓ priore do-
mus: a quo ego iſta audiui: ꝯtinuo miſit. ⁊ oīa q̄ viderat ſibi recitans
Cū multo gaudio in domino feliciter obdormiuit. ¶ LVIII.

## ¶ De ſancto marcellino papa

Marcellinꝰ ānis nouē ⁊ mēſibꝰ .iiii. romanā eccliam rexit. Hic
iuſſu dyocleciani ⁊ maximiani capit̄. ⁊ ad ſacrificādū adducit̄
Cū aūt n̄ aſſentiret. ⁊ ex hoc diuerſoꝝ tormētoꝝ genera ſuſti-
nere deberet metu paſſiōis duo gn̄a incēſi in ſacrificio poſuit Tūc ma-
gna adeſt infideliū leticia. ſꝫ fideles ingēs triſticia ꝑcuſſit. Uerꝫ tn̄ ca-
pite infirmato fortiora mēbra reſurgūt. ⁊ minas ꝓncipū ꝑuipēdūt. tūc
fideles ad ſummū pōtificē ꝯueniūt. ⁊ ipm plurimū redarguunt. Quod

ille cernens in cōcilio epoꝝ ſe ſuppoſuit iudicādū. Ad quem illi. abſit
vt ſūmꝰ pōtifex ab aliq̄ iudicet̄. ſ3 tu in te collige cām tuā. ꝛ ꝓprio ore
te diiudica. Ipſe aūt iā penitēs plimū ingemuit. ꝛ ſeipm̄ depoſuit. ſ3
tn̄ eū oīs turba iteꝝ reelegit. Qd̄ ceſares audiētes iteꝝ eū capi feceſt
ꝛ dū nullatenꝰ ſacrificare vellet. eū decollari mādauerūt. Et iteꝝ cre;
uit furoꝛ hoſtilis. vt infra menſē. xvii. milia xp̄ianoꝝ ꝑimerent. Mar
cellinꝰ aūt dū decapitari deberet ſe xp̄iana ſepultura indignū eſſe aſſe
ruit. ꝛ ideo oēs q̄ ſe ſepelire p̄ſumerēt: excōicauit. Quapꝑter corpꝰ eiꝰ
inſepultū. xxxv. diebꝰ remāſit. Poſt hoc beatꝰ petrꝰ apl'ſ marcello ſuc
ceſſori eius appuit dicens. Frater marcelle q̄re nō ſepelis me. Cui ille
Nonne dudū ſepultꝰ es dn̄e. Cui apl'ſ. me inſepultū reputo q̄diu mar
cellinū inſepultū videro. Cui ille. Nōne dn̄e noſti. qꝛ ille oēs q̄ eū ſepe
lirent anathematizauit. Cui petrus. Nōne ſcriptū eſt. qui ſe humiliat
exaltabitur. Hūc hoc attendere debuiſti. vade igit̄ ꝛ ip̄m ad pedes me
os ſepelias. Qui ſtatim iuit ꝛ iuſſa laudabiliter cōpleuit. ¶ .LIX.

## ¶ De ſancto vitali

Vitalis q̄ſi viuēs talis. qꝛ q̄lis viuebat exteriꝰ in ope. talis erat
intꝰ in corde. Uel vitalis a vita. Ul' vitalis viuens alis. i. tuēs
ſe alis virtutū. ipſe eīm fuit tāq̄ vnū de aīalibus dei q̄ vidit ezechiel
hn̄s in ſe q̄tuoꝛ alas. ſc3 alā ſpei q̄ volabat in celū. alam amoris q̄ vola
bat in deū. alā timoris q̄ volabat in infernū. alā cognitōis q̄ volabat
in ſeipſum. ¶ Eius paſſio in libello geruaſii ꝛ prothaſii reperta fu
iſſe putatur ¶ A

Vitalis miles cōſularis. ex valeria ſvxore geruaſiū ꝛ ꝓtaſiū ge
nuit. Hic cū paulino iudice rauennā ingreſſus. cū quēdā ibidē
xp̄ianū medicū noīe vrſicinū: poſt multa tormētoꝝ genera iuſſū decol
lari videret. Et ille medicꝰ nimiū expauiſſ3. exclamauit ad eū ſanctꝰ vi
talis dicens. noli frater vrſicine medice qui alios curare conſueuiſti te
ip̄m eterna morte occidere. ꝛ qui ad palmā martiriu ꝑ multaſ paſſiōeſ
veniſti. noli coronā amittere tibi a deo ꝑatā. Qd̄ vrſicinꝰ audiens con
fortatꝰ eſt. ꝛ de pauore ſuo penitēs martiriū libēter accepit. Sanctꝰ aūt
vitalis eū honorifice ſepeliri fecit. ꝛ pꝰ hoc ad paulinū dn̄m ſuū vltra
venire cōtēpſit. Ille vero nimiū indignatꝰ. tū qꝛ ad ſe venire noluit. tū
qꝛ vrſicinū ſacrificare volentē retraxit. tamen quia criſtianum ſe eſſe
oſ̄dit. iuſſit eū in eculeū leuari. Cui dixit vitalis. Stultiſſimus es ſi me
putas decipe q̄ alios ſp̄ ſtudui liberare. Et ait paulinꝰ miſtris. Ducite
eū ad palmā. ꝛ ſi ſacrificare noluerit. foueā ꝓfūdiſſimā donec ꝑuenerī
tis ad aquā ibidē facite. et ibi eū viuum et ſupinu3 ſepelite. Qd̄ et fece
rūt. et btm̄ vitalē ibidē viuū ſepelierīt. Sub nerone q̄ cepit circa annū

dñi.lvii. Sacerdos aūt q̄ hoc cōſiliū dederat ſtatī a demone arrept⁹
p.vii. dies inſanīēs in illo loco exclamabat dicens. Incēdis me ſancte
vitalis. Hic aūt.vii. in flumē a demōe p̄cipitat⁹ miſerabilr̄ expirauit
¶ Uxor aūt ſcī vitalis cū mediolanū rediret: inuenit q̄ſdā ydolis imo
lātes. q̄ cū eā hortarent vt ydolis imolata ɔmederet. r̄ndit. xp̄iana ſū
nō licȝ mihi de v̄ris ſacrificiis mādūcare. Quod illi audiētes. tā dire eā
verberauerūt ꝙ hoīes ſui q̄ cū ea erāt vſq3 mediolanū eā ſemiuiuā dedu
xerūt. vbi infra triduū feliciter migrauit ad dn̄m. ¶ LX. ¶ A.

## ¶ De virgine quadā antiochena

Virgo quedā fuit antiochie cui⁹ hyſtoriā ambro. in. ii. li. d̄ vir
ginib⁹ recitat in hec verba. Antiochie nup̄ virgo quedā fuit
fugitās publici viſus oſtātatoȝ. Sȝ q̄ mag⁹ viroꝝ vitabat ocu
los. icēdebat affect⁹ eo āpli⁹ ipudicos. Pulcritudo eīn audita nec viſa
plus deſiderat duob⁹ ſtimulis cupidita: tū amoris ⁊ cognitōis dū et
nihil occurrit q̄d min⁹ placeat. ⁊ plus putatur eſſe q̄d placeat. q̄d nō in
dex ocul⁹ explorat. ſȝ anim⁹ amator exoptat. Itaq3 ſcā virgo ne diuti⁹
aleret potiēde ſpes cupiditatis. integritatē pudoris pfeſſa ſic reſtrixit
improboꝝ facies vt iā n̄ amaretur: ſȝ pderet. Ecce pſecutio. Puella fu
gere neſcia. etate pauida. ne incideret in inſidiatores pudoris aīm ad
virtutē parauit. tā religioſa vt mortē n̄ timeret. tā pudica vt mortē expe
ctaret. Uenit enī corone dies maxīa oīm expectatō. pducitur puella du
plex pfeſſa certamē: ⁊ caſtitatis ⁊ religiōis. Sȝ vbi viderūt ɔſtātiā pfeſ
ſionis. metū pudoris. patā ad cruciat⁹. erubeſcentē ad aſpect⁹. excogi
tare cepūt queadmodū ſpe caſtitatis religionē tollerent. vt cū id abſtu
liſſent q̄d erat ampli⁹ etiā id eripēt q̄d derelinq̄rēt. Aut ſacrificare vir
ginē: aut lupanari pſtitui iubēt. Quō colūt deos ſuos q̄ ſic vindicāt. ā
queadmodū ipi viuūt q̄ ita iudicāt. Hec puella nō q̄ de religiōe ambi
geret. ſȝ q̄ de pudore trepidaret ipſa ſecū inquit. Quid agim⁹ hodie.
aut martir: aut virgo: altera nobis inuidet corona. Sȝ nec virgis no
men agnoſcit vbi virginitatis autor negatur. Nā queadmodū virgo ſi
meretricē colas. queadmodū virgo ſi adl'teꝝ diligas. q̄admodū virgo
ſi amorē petas. tolerabili⁹ ē mētē virginē q̄ carnē hr̄e. Utrūq3 bonū ſi
liceat: ⁊ ſi n̄ liceat. ſaltē n̄ homi caſte ſȝ deo ſim⁹. Et raab meretrix fuit
ſȝ poſtq̄ dn̄o credidit ſalutē inuenit. Et iudith ſe vt adultero placeret
ornauit. q̄ tn̄ q2 hoc religiōe nō amore faciebat. nemo eā adulterā iudi
cabat. Bene ſucceſſit exemplū. nā ſi illa q̄ ſe ɔmiſit religiōi ⁊ pudorem
ſeruauit: ⁊ patriā. fortaſſis ⁊ nos ſeruādo religiōȝ: ſeruabim⁹ etiā caſti
tatem. Quod ſi iudith pudicitiā religioni p̄ferre voluiſſȝ pdita p̄ria etiā
pudicitiā pdidiſſȝ. Itaq3 talib⁹ informata exēplis ſil' aīo tenens verba
dn̄i q̄bus ait. q̄cūq3 pdiderit aīam ſuā ppter me inueniet eam. fleuit ⁊

tacuit.ne eā vel loq̄ntem adulter audiret:nec pudoris elegit iniuriam ſz xp̄i recuſauit. Eſtimate vtrum adulterare potuerit corp̄e q̄ nec voce adulterauit. Iā dudū verecūdebatur orō mea.⁊ q̄ſi adire geſtoꝝ ſeriē criminoſā atq3 explanare formidat. Claudite aures virgies dei.ducit̄ puella dei ad lupanar Sz apite aures virgies dei.virgo pſtitui p̄t:ad ulterari nō p̄t. Vbicūq3 dei virgo eſt:tēplū dei eſt.nec lupanaria infa māt caſtitatē:ſz caſtitas etiā loci abolet infamiā. Ingēs petulātiū cō curſus fit ad fornicē. Diſcite martiꝝ miracula ſcē virgies.diſcite loco rū vocabula. Clauditur intus colūba.ſtrepūt accipitres foris. Certāt ſingli:q̄ p̄dā p̄m⁹ inuadat. ¶ B At illa māib⁹ ad celū leuatis:q̄ſi ad domū orōnis veniſſz.n̄ ad libidiſ diuerſoriū.xp̄e inq̄t domuiſti virgini feros leones:potes domare etiā hoim feras mētes. Chaldeis rorauit ignis:iudeis ſeſe vnda ſupēdit.miſericordia tua n̄ natura ſua. Suſāna ad ſuppliciū genua flexit:⁊ de adulteris triūphauit. Aruit dextra q̄ tēpli tui dona violabat. Nūc tēplū ip̄m attrectat̄ tuū:ne patiaris ince ſtū ſacrilegii:q̄ n̄ paſſus es furtū.bn̄dicatur ⁊ nūc nomē tuū:vt q̄ ad ad ulteriū virgo veni:virgo diſcedā Vix ↄpleuerat orōz:⁊ ecce miles ſpē terribilis irrupit:quēadmodū virgo tremuit.cui pp̄ls tremens ceſſit. Sz illa n̄ imemor lcōis.⁊ daniel inq̄t ſuppliciū ſuſanne ſpectatur⁹ ad, uenerat:⁊ quā pp̄ls dānauerat:vn⁹ abſoluit Poteſt ⁊ in hoc lupi habi tu ouis latere.hȝ ⁊ xp̄s milites ſuos:q̄ etiā legiōes hȝ. Aut fortaſſe p̄ cuſſor intrauit:ne verearis aia:⁊ tales ſolēt martires facere O virgo fides tua te ſaluā fecit. Cui miles.q̄ſo ne paueas ſoror.huc veni ſalua re aiam n̄ p̄dere:ſerua me:vt ip̄a ſerueris. Quaſi adulter ingreſſus:ſi vis martir egrediar.veſtimēta mutem⁹.ↄueniūt mea tibi:et tua mihi. ſz vtraq3 xp̄o. Tua veſtis me veꝝ militē faciet.⁊ mea te virginē. Bn̄ tu veſtieris.ego meli⁹ exuar:vt me p̄ſecutor agnoſcat. Sume hituz q̄ abſcōdat feminā.trade q̄ ↄſecret martirē Indue clamidē que occultet mēbra virgiſ:⁊ ſeruet pudorē.ſume pileū q̄ tegat crines.abſcōdat ora ſolēt erubeſcere q̄ lupanar intrauerīt. Sane cū egreſſa fueris ne reſpici as retro.memor vxoris loth q̄ naturā ſuā:q2 ipudicos licz caſtis ocl'is aſpexit:amiſit.nec vereare ne q̄d p̄eat ſacrificio. Ego p̄ te hoſtiā deo me reddā.tu p̄ me militē xp̄o hn̄s bonā miliciā caſtitatiſ.q̄ ſtipēdiis mi litat ſempiternis.loricā iuſticie:q̄ ſp̄ūali munimine corpus induat.ſcu tū fidei q̄ vuln⁹ repellas.galeā ſalutis.ibi eīm eſt p̄ſidiū nr̄e ſalutis vbi eſt xp̄s.qm̄ mr̄is caput eſt vir.virginū xp̄s At inter hec verba clami dē exuit.ſuſpect⁹ tn̄ adhuc hitus ⁊ p̄ſecutoris ⁊ adulteri Virgo ceruī cem.clamidē cepit miles offerre.q̄ pōpa illa:q̄ gr̄a.cum in lupanari de martirio certarent. Addātur p̄ſone miles ⁊ virgo. Hec diſſiles inter ſe natura.ſz dei miſeratōe ↄſiles:vt cōpleatur oraculū:tūc lupi ⁊ agni ſil' paſcent̄. Ecce agna ⁊ lup⁹ n̄ ſolū ſil' paſcūtur.ſz etiā imolantur.q̄d p̄l'a.

Mutato hitu euolat puella de laq̄o. iā nō ſuis aliſ vtpote q̄ ſpūalibus
ferebatur. Et ꝙ nulla vnꝙ̄ videꝛt ſecl'a. Egreditur de lupanari virgo
xp̄i. At illi q̄ videbāt oculis. ⁊ nō videbāt corde. ceu raptoreſ ad agnā
lupi fremuere ad p̄dā. vn⁹ q̄ erat īmodeſtioꝛ introiuit. Sꝫ vbi hauſit o
culis rei textū. q̄d hoc inq̄t eſt. puella ingreſſa eſt: vir videt̄. Ecce nō fa
buloſū illud: cerua ꝓ virgīe. ſꝫ q̄d verꝫ eſt miles ex virgine. At etiā au
dierā ⁊ nō crediderā ꝙ aquas xp̄s in vina cōuertit. iā mutare cepit ſe
xū. Recedam⁹ hinc dū adhuc q̄d fuimus ſum⁹. Nunq̄d ⁊ ip̄e mutatuſ
ſū q̄ aliud cerno q̄̄ credo. Ad lupanar veni cerno vadimoniū. ⁊ tn̄ dum
mutat⁹ egrediar. pudic⁹ exibo q̄ adulter intraui. iudicio rei: qꝛ debeba
tur tāto corona victori. dānat⁹ eſt ꝓ virgīe q̄ ꝓ virgīe ꝯp̄hēſus eſt. ita
de lupanari n̄ ſolū virgīes: ſꝫ etiā martires exieꝛt. ¶ L Fertur puel
la ad locū ſupplicii cucurriſſe. certaſſe ābos d̄ nece. Cū ille diceret. ego
ſū iuſſus occidi. te abſoluit ſnīa q̄n me tenuit. At illa clamauit. n̄ ego te
vadē mortis elegi: ſꝫ p̄ſidē pudoris optaui. ſi pudoꝛ q̄rit manet ſex⁹. ſi
ſanguiſ exponit̄: fideiuſſorē n̄ deſidero. Cū diſſoluā habeo. in me lata ē
ſnīa: q̄ ꝓ me lata eſt. Certe ſi pecunie te fideiuſſorē dediſſem. ⁊ abſente
me iudex tuū cēſū feneratori adiudicaſſꝫ. eadē me ſnīa ꝯuinceres meo
p̄rimonio ſoluere tuos nex⁹. Si recuſarē: q̄s me indignā morte cēſeret
q̄̄to maioꝛ eſt capitis h⁹ cēſura. Moriar innocēs: ne moriar nocēs. Ni
hil mediū eſt hodie. aut rea ero ſanguis tui. aut martir mei. Si cito re
dii: q̄s me audeat excludere. ſi morā feci: q̄s me audeat abſoluere. pl⁹
legib⁹ debeo rea n̄ ſolū fuge mee: ſꝫ etiā cedis aliene. Sufficiūt mēbra
morti: q̄ n̄ ſufficiebāt iniurie. Eſt in virgīe vulneri loc⁹: q̄ n̄ erat contu
melie. ego opprobriū declinaui: n̄ martiriū. Tibi ceſſi veſtē: n̄ ꝓfeſſioꝫ
mutaui. ꝙ ſi mihi p̄ripis mortem: n̄ redemiſti me. ſꝫ circūueniſti. Caue
q̄ſo ne ꝯtēdas. caue ne ꝯdicere audeas. Noli eripe b̄n̄ficiū q̄d dediſti
Dū mihi hāc ſnīam negas: illā reſtituis ſupiorē. ſnīa eīm ſnīa ſupiore
muta t̄ ſi poſterioꝛ me n̄ tꝫ: ſupioꝛ ſnīa tꝫ. poſſum⁹ vtriqꝫ ſatiſfacere ſnīe
ſi me pri⁹ patiaris occidi. In te hn̄t aliā q̄̄ exerceāt penā in virgīe ob
noxius pudorē. Itaqꝫ gl'ioſioꝛ eris: ſi videaris de adultera martirem
feciſſe. q̄̄ de martire adulterā reddidiſſe. Quid expectatis duo conten
deꝛt. ⁊ ambo viceꝛt. nec diuiſa eſt corona: ſꝫ addita Ita ſci martires in
uicem ſibi b̄n̄ficia cōferentes. altera p̄ncipiū martirio dedit. alter effe
ctū ¶ B At etiā phoꝝ gīnaſia damonē ⁊ ſinthiā pictagoreos ſcolaſ
ferūt. q̄ꝝ vn⁹ cū eſſꝫ morti adiudicat⁹ ꝯmēdādoꝝ ſuoꝝ tēpus popoſcit
Tirānus aūt aſtutiſſim⁹ cū repiri nō poſſe exiſtimaret. petiuit vt ſpon
ſorē daret q̄ ꝓ ſe feriretur ſi ipſe morā faceret. Quid de duob⁹ p̄clariuſ
neſcio: vtrūqꝫ p̄claꝝ. alter vadē mortis inuenit. alter ſe obtulit. Itaqꝫ
cū re⁹ morā ſupplicio faceret fideiuſſoꝛ ſereno vultu mortē n̄ recuſauit
Cū duceret̄ amic⁹ reuerſus ē, ceruicē ſubſtituit, colla ſubiecit. Tūc am

miratꝰ tirānꝰ cariorē p̄bꝰ amicitiā ꝙ̄ vitā fuiſſe: petiuit vt ipſe ab ipſis quos dampnauerat in amicitiam reciperetur. tantam virtutis eſſe grām vt tirānū inclinaret. Digna laudꝰ: ſꝫ minora nr̄is. nā illi ambo viri. hic vna virgo q̄ p̄mo etiā ſexū vinceret. Illi amici. iſti incogniti. Illi tirāno vni ſe obtulerūt. iſti tirānis plibꝰ: ac etiā crudeliorībꝰ. ꝙ ille pepcit iſti occiderūt. Inter illos in vno obnoxia neceſſitas. in his amboꝝ volūtas libera. Hoc q̄ꝫ iſti prudētiores. qꝛ illis ſtudii ſui finis amicitie grā iſtis corōa martirii. Illi em̄ certauerūt hoībus. iſti dn̄o. Hec ambroſiꝰ

# De ſancto petro nouo martire LXI

Petrꝰ interp̄taꝰ agnoſcēs vl' diſcaltiās. Vel d̄r petrꝰ a petros q̄d eſt firmū. Per hoc intelligūtur tria priuilegia q̄ fuerūt i b̄tō petro. Fuit em̄ p̄dicator egregiꝰ. ⁊ iō d̄r agnoſcēs. qꝛ ⁊ pfectā ſcripturaꝝ noticiā habuit. ⁊ in p̄dicatiōe q̄d cuiqꝫ ꝯueniret: agnouit. Secūdo fuit virgo puriſſimꝰ. ⁊ iō d̄r diſcaltiās. qꝛ a pedibꝰ ſuaꝝ affectionū omnē amorē mortuū diſcalciauit ⁊ exuit. vt n̄ ſolū corpe ſꝫ etiā mēte virgo eſſet. Tercio fuit martir dn̄i glioſus. ⁊ inde fuit firmꝰ. qꝛ martiriū ꝓ defenſiōe fidei conſtanter ſuſtinuit.

Petrus nouꝰ martir de ordīe p̄dicatoꝝ. fidei pugil egregiꝰ. de ciuitate veronenſi extitit oriūdus. Hic tāꝙ̄ ſplendidū lumen de fumo. liliū candens de ſentibus. rubēs roſa de ſpinis exoritur. dum de pentibus ꝑ errorem excecatis. lucidꝰ p̄dicator exurgit. ⁊ de ſauciatis mente corpeqꝫ corruptis virginale decus ꝓcedit. ac de ſpinis. id ē eterno incendio deputatis inclitus martir aſcendit. Parentes nanqꝫ ſuos infideles ⁊ hereticos beatꝰ petrꝰ habuit. a quoꝝ tn̄ errore ſe penitus mundū ſeruauit. Cū aūt adhuc ſeptē eēꝫ ānoꝝ: ⁊ a ſcolis rediret a patruo ſuo q̄ hereſim ſapiebat q̄d nā in ſcol' didicerit: interrogatur. Qui r̄n̄dit ſe didiciſſe. credo in deū p̄rem oīpo. crea. celi ⁊ ter. ⁊c. Et ille Noli dicere creatorem celi ⁊ terre. cū ipſe viſibiliū creator nō fuerit. ſꝫ dyabolus oīa iſta q̄ vidētur creauerit. Ipſe vero puer ſe potiꝰ velle dicere ſicut legerat affirmabat. ⁊ ſicut ſcriptū erat ſe potiꝰ credere velle dicebat. Tūc ille ꝑ autoritates hoc ei ꝑſuadere vt poterat nitebatur. Quas oēs puer ſp̄ūſcō repletꝰ ſic ꝯtra eū ꝯuertit. eūqꝫ ꝓprio gladio interemit. vt ille q̄ diuerteret n̄ hr̄et. q̄ indigne ferēs a puero ſe cōfuſū p̄ri totū q̄d inter ſe geſtū fuerat retulit. ⁊ vt petrinū a ſcoliſ remoueret modis oībꝰ ꝑſuaſit. Timeo em̄ ait ne cū petrinꝰ bn̄ fuerit eruditus ad meretricē illā romanā eccl'iaꝫ ſe cōferat. ⁊ ſic fidē noſtrā deſtruat et cōfūdat. Qui neſciēs veꝝ dixit dū petꝝ hereticoꝝ ꝑfidiā deſtructuꝝ eē tanꝙ̄ alter caypbas ꝓphetauit. Sꝫ qꝛ res a deo fiebat. pater fr̄is monitis aſſenſū n̄ p̄buit ſperāſ ꝙ ꝑ aliquē hēſiarchā ad ſuā ſectā eū trahi faceret cū in gramaticalibꝰ fieret eruditꝰ. Vidēs igiꝰ puer ſāctus n̄ eſſe tutū cū ſcorpiōibꝰ hitare. mūdū p̄teſqꝫ deſpiciēs. mūdꝰ ipſe fratꝝ p̄dicatoꝝ ordinem introiuit. In quo quidem ordine ꝙ̄ laudabiliter vixerit innocentius papa in ſua epiſtola apit dicēs. Cum em̄ beatus petrꝰ a mūdi fallaciis i adoleſcētie ānis ꝓuide declinaſſet ad ordinē

fratꝝ ꝑdicatoꝝ ſe trāſtulit. In quo quidē ordine .xxx. fere ānoꝝ ſpacio
fultꝰ caterua virtutū. fide ꝑambula. ſpe aſtāte. comitāte caritate ſic ꝓ
ualuit ⁊ ꝓfecit: circa defenſiōem ipſius fidei, ꝓ q̄ totus ardebat: ꝙ cō
tra illiꝰ viros hoſtes mēte intrepida: feruentiq̄ʒ ſpū ꝯtinuū certamē ex
ercens. ſuū tādem agonem diutinū victrici ſupāte martirio feliciter cō
ſūmauit. Et ſic petrꝰ firmꝰ in petra fidei petra demū paſſiōis alliſus:
ad petrā xp̄m digne laureādus aſcendit. Virginitatē q̄ʒ mentis ⁊ cor
pis ſp̄ illibatā ſeruauit. nec alicꝰ mortalis criminis vnq̄ȝ ſenſit ꝯtactū
ſicut ſuoꝝ cōfeſſoꝝ fideli teſtimonio eſt ꝓbatū. Et qꝛ ſeruꝰ delicate nu
tritꝰ ꝓteruit in dn̄m: carnē ſuā aſſidua cibi ⁊ potus ꝑcitate reſtrinxit.
Ne vero ꝑ ocii deſidiaʒ hoſtilibꝰ pateret inſidiis: in iuſtificatōibꝰ dn̄i
exercebatur aſſidue. vt eo circa licita totalr̄ occupato locum in ip̄o illi
cita non haberent. ⁊ a ſpūalibus nequiciis tutus eſſet. Nocturna q̄dē
ſilencia hūane deputata quieti poſt dormitiōem breuem decurrebat i
ſtudiis lectionū. ⁊ ſomni tempus vigiliis occupabat. Dies aūt impen
debat cōmodis animaꝝ. vel ſedulis imminendo ꝑdicatōibus. vel con
feſſionū audientie inſiſtendo. aut hereticoꝝ dogma peſtiferuʒ validis
ratōibus confutādo. in quibus ſpēalis gracie dono noſcitur clariuſſe.
Deuotōe inſuꝑ gratus. humilitate lenis. obedientia placidus. benig
nitate ſuauis. pietate cōpatiens. patientia conſtās. caritate ꝑſtabilis.
⁊ in cūctis moꝝ maturitate cōpoſitus. alioſ ꝓfuſis virtutū aromatibꝰ
attrahebat. Feruēs q̄ʒ amatoꝛ fidei. cultoꝛ ꝑcipuꝰ. ꝓpugnatoꝛ ardens
Sic aīo ſuo fidē iꝑſſerat. ſic ſe totū in illiꝰ mācipauerat obſequiū ꝙ q̄
q̄ʒ ipſiꝰ opa ⁊ verba virtuti fidei redolebāt. Pro hac q̄ʒ morteʒ ſubire
cupiēs. hoc ꝑncipalr̄ a dn̄o attētis: ⁊ crebris poſtulatōibus ſupplicaſſe
ꝓbatur ꝙ n̄ ſineret eū ex hac luce migrare. niſi ſumpto ꝓ illo calice paſ
ſiōis. nec fraudatꝰ eſt tādem a deſiderio ſuo. ¶ C Multis vero i vi
ta ſua miracul̄ claruit. Nā cū apud mediolanū quēdā ep̄m hereticoꝝ
a fidelibꝰ captū beatꝰ petrꝰ examiaret. ⁊ multi ep̄i ⁊ religioſi. ⁊ maxia
ꝑs ciuitatis illuc cōueniſſʒ. ⁊ dies tū ꝑdicatōe. tū examiatōe in lōgū ꝓ
tracta fuiſſʒ. ⁊ maximꝰ eſtꝰ cūctos affligeret. dixit hereſiarcha corā oi
bus. O petre ꝑuerſe. ſi tu es ita ſanctꝰ ſicut hic ſtultꝰ ppl̄s te eſſe affir
mat. cur eū eſtu mori ꝑmittis. ⁊ n̄ rogas dn̄m vt nubē aliquā iterpōat.
vt n̄ moriaᷓ hic ſtultꝰ ppl̄s tāto eſtu. Ad quē beatꝰ petrꝰ rn̄dit. ſi vis ꝓ
mittere te abnegaturꝝ hereſim tuā. ⁊ fidē catholicaʒ recepturꝝ. rogabo
dn̄m. ⁊ faciet q̄d dixiſti. Tūc fautores hr̄icoꝝ ꝯclamātes hr̄ſiarche di
xerūt. ꝑmitte ꝑmitte. Credebāt em̄ ꝙ fieri n̄ poſſʒ. q̄d beatꝰ ſe facturū
corā oībꝰ ſpoſpōdit. ⁊ maxia cū nulla vel minia nubecula in aere appe
ret. Catholici aūt ſuꝑ ꝓmiſſiōe bt̄i petri triſtari cepūt. timētes ne fides
catholica ex hoc cōfuſiōi pateret. Cū ergo hereticus ſe obligare nollet
beatꝰ petrꝰ cū magna fiducia dixit. Ad hoc ꝙ verꝰ deus viſibilium ⁊

inuiſibilium creatoꝛ monſtretur:et ad conſolationez fidelium: ꝛ ad cō
fuſionem hereticoꝝ. rogo deū vt aliq̄ nubecula aſcendat: ꝛ ſe iter ſolē
et populum interponat. Quod mox premiſſo crucis ſignaculo factum
fuit ꝑ magnā hoꝛā in modū papilionis populum nubecula protegente
Cōtractus quidam nomine aſſerbus cum per quinqꝫ annos māſiſſet
cōtractus. ita vt ꝑ terrā in ſextario traheretur. mediolanū ad beatum
petꝝ duct⁹ fuit. Quē cū beatus petrus ſignaſſet: cōtinuo ſanat⁹ ſurre
xit. Quedā etiā miracula que ꝑ eū dn̄s dū viueret fecit: innocentius
in ꝑdicta ep̄la recitat dicēs Cuiuſdā nobilis filiuz ꝓ nimio ꝛ hoꝛribili
totius gule tumoꝛe: nec loqui nec ſpirare valentē leuatiſ ad dn̄m mani
bus. ꝛ crucis in eo facto ſignaculo. illoqꝫ accipiente ipſius cappā. ꝛ in
firmo ſupponente eū illico ſanauit. Idem nobilis vehemēti poſtmoduz
coꝛpis toꝛſiōe grauatus: credens ꝛ metuens extiū ſibi moꝛtis iminere
diſcrimen. cappā ipſam quā ex tūc ꝯſeruauerat reuerēter fecit afferri
q̄ ſuo oppoſita pectoꝛi. mox vermē quendā duo habentē capita. ꝛ pilo
rū denſitate villoſū euomuit. plena liberatōe ſecuta Cuidam iuueni
muto immiſſo in os ei⁹ digito. ſueqꝫ lingue ſoluto ligamīe: bn̄ficiū loq̄le
ꝯceſſit. Hec ꝛ alia plura dū viueret dignatus eſt ꝑ eū dn̄s opari B
Cū ex cū peſtis heretica in lōbardie ꝓuintia pullularet. ꝛ multas iaꝫ
ciuitates ꝯtagione peſtifera infeciſſꝫ. ſūm⁹ pōtifex ad peſtem dyabo
licam abolendaꝫ diuerſos inquiſitoꝛes de oꝛdine ꝑdicatoꝝ in diuerſis
lombardie ꝑtibus delegauit. Sed cū apud mediolanū heretici nō ſolū
multi numero. ſed etiā magni ſeculari potentia. acuti fraudulēta eloq̄n
tia. ꝛ pleni dyabolica ſcientia reſiderent. ſummus pōtifex ſciēs ꝛ intel
ligens beatū petrū viꝝ eſſe magnanimū. qui ab hoſtiū multitudine nō
paueret. animaduertens q̄ꝫ eius ꝯſtātem virtutem ꝑ quā aduerſarioꝝ
potentie nec in modico cederet. cognoſcēſ etiā ei⁹ facūdiā ꝑ quā facile
hereticoꝝ fallacias detegeret. non ignoꝛās inſuꝑ ipm̄ in diuina plene ſa
pientia eruditū. ꝑ quam friuola hereticoꝝ argumenta rōnabil'r confu
taret. ipm̄ tā ſtrenuū fidei pugilem. ꝛ tā indefeſſum dn̄i bellatoꝛem in
mediolano ꝛ eius comitatu inſtituit. ꝛ inq̄ſitoꝛem ſuū autoꝛitate con
ceſſa plenaria oꝛdinauit. Ipſe igit̄ iniūctum offm̄ diligenter exercens
hereticos vbiqꝫ ꝑq̄rebat. nullaꝫ eis requiem tribuens. ſꝫ mirabil'r oēs
cōfundens. potenter expellens. ſapienter cōuincēſ: ita vt n̄ poſſent reſi
ſtere ſapiētie ꝛ ſpūi q̄ ꝑ eū loquebat̄. Qđ videntes heretici ꝛ dolentes
de ipſi⁹ moꝛte cū ſuis fautoꝛibus tractare ceꝑunt: arbitrātes ſe poſſe
pacifice viuere. ſi eoꝝ tā validus ꝑſecutoꝛ de medio tolleret̄. Cū igit̄
ꝑdicatoꝛ intrepidus mox martir futur⁹ de cumis mediolanū ꝓ inqui-
rendis hereticis ꝑgeret. in ipo itinere palmā martirii aſſecut⁹ eſt ſicut
Inocēti⁹ explicat ī hec verba. Cū de ciuitate cumana vbi frm̄ ſui oꝛdis
ibi moꝛantium prioꝛ erat. mediolanuꝫ pergeret ꝓ exquēda inquiſitōe

contra hereticoſ ſibi ab apoſtolica ſede conceſſa. ſicut in publica predi
catione p̄dixerat. quidam de ipoꝝ hereticorum credētibus prece illoꝝ
inductus. et precio in eum ſalutaris propoſiti iter proſequentem fu:
neſtus inſiluit. in agnum vtiqȝ lupus. ferus in mitem. impius in pium
furibundus in manſuetum. in modeſtum effrenis. ꝓfanus in ſanctum
ꝓ̄ſumit inſultū. exercet conatū. mortē intentat. Sacꝝ aūt caput illius
crudeliter impetēs. ⁊ diris in ipm̄ impꝛ̄ſſis vulneribꝰ ⁊ ſatiato ſanguie
iuſti enſe. venerādū illū non diuertentē ab hoſte. ſȝ exhibentē ſe ꝓtinꝰ
hoſtiā: ⁊ ceſaris ſuſtinentē in patiētia truces ictus dimiſit. ſpū ſupna
petente. in ipo loco paſſiōis occiſū. Ipſo qȝ ſacrilego ꝑcuſſuras in xpi
miniſtꝝ geminas inculcāte. ille nō q̄rula voce gemens vel murmurās
ſed ſufferens oīa patiēter. ſuū dn̄o cōmendabat ſpm̄ dicēs. In manus
tuas dn̄e cōmendo ſpm̄ meū. ſimbolū etiā cepit dicere fidei. ꝯ nec in
hoc articulo deſiit eſſe p̄co, ꝓut ipe nephādus q̄ a fidelibus captꝰ fuit
⁊ quidā frater dn̄icus qui comes illiꝰ erat. ⁊ ab ipo lictore ꝑcuſſus die
bus aliquibus ſupuixit. poſtea retulerūt. Sȝ cū adhuc martir dn̄i pal
pitaret. cutellū crudelis lictor arripuit. ⁊ ꝑ latera eiꝰ tranſfixit ¶ In
ipa aūt die ſui martirii: ꝯfeſſor: martir: ꝓpheta: ⁊ doctor q̄dāmō eſſe ꝑ
meruit. Cōfeſſor in eo ꝙ fidē xpi inter tormēta ꝯſtātiſſime cōfeſſus fuit
⁊ in eo ꝙ ipa die cōfeſſiōe more ſolito fcā: obtulit deo ſacrificiū laudis
Martir in eo ꝙ ꝓ defēſiōe fidei ſanguinē ſuū fudit Propheta in eo ꝙ
cū ipe tūc q̄rtanā pateret̄. ⁊ ſocii dicerent ꝙ nō poſſent mediolanū ap:
plicare. ille rn̄dit. Si nō poterimꝰ ad domū frm̄ ꝑuenire. apud ſcm̄ ſim
plicianū poterimus hoſpitari. Quod ⁊ factū eſt. Nā cū ſacꝝ eiꝰ corpꝰ
deferretur. fr̄es ꝓpter nimiā ppl'i freq̄ntiā nō potuerūt illud eadeȝ die
ad domū deducere. ſȝ apud ſcm̄ ſimplicianū depoſuerūt. ⁊ ibidē ea no
cte ꝑmāſit. doctor in eo etiā ꝙ cū pateret̄ fidē verā edocuit. dū ſimbolū
fidei clara voce cecinit. ¶ Eius qȝ paſſio venerāda dn̄ice paſſiōi
ſil'is multū fuiſſe videt̄. Xp̄s eīm paſſus ē ꝓ veritate quā p̄dicabat. pe
trꝰ ꝓ veritate fidei quā defēdebat. Xp̄s paſſus ab infideli ꝑplo iudeoꝝ
petrus ab infideli turba hereticoꝝ. Xp̄s in paſcali tp̄e crucifigatur.
petrus eodem tp̄e martirium patitur. Xp̄s cum pateretur in manꝰ tu
as dn̄e commendo ſpm̄ meum: dicebat. petrus cum occideretur verba
eadem clamitabat. Xp̄s ꝓ. xxx. denariis traditus fuit vt crucifigeret̄
petrus ꝓ. xl. libris papienſiū fuit venditus vt interficeretur. Criſtus
ꝑ paſſiōȝ ſuā ad fidē m'ltos adduxit. petrꝰ ꝑ martiriū hereticos m'ltos
conuertit. Quamuis eīm egregius doctor fidei pugil. hereticoꝝ do:
gma peſtiferum in vita ſua plurimum eradicauerit. poſt mortem tam̄
ſuam eius meritis ⁊ coruſcantibus miraculis fuit adeo extirpatum:
vt q̄plimi errorē ſuū relinq̄rent. ⁊ ad gremiū ſcē eccīe ꝯuolarēt: ita vt
ciuitaſ mediolanū ⁊ ꝯmitatꝰ eiuſdē. vbi tot hereticoꝝ ꝯuēticla ſ̄ſtebāt

adeo purgata eſt vt aliis expulſis. ⁊ aliis ad fidē conuerſis nullus ibi-
dem auderet aliq̄l'r ꝑpere. Plures etiā de eis maximi ⁊ famoſi p̄dica
toꝝ ordinē ſūt igreſſi. q̄ vſqꝫ nūc cūctos hereticos ⁊ fautores feruore
mirabili pſequūtur. Sic noſter ſamſon pl'es philiſteos interfecit mori
ens q̄ occideret viuēs. Sic granū frumēti cadens in terrā ⁊ infidelium
manibꝰ cōpreſſū ⁊ mortuū vberē conſurgit in ſpicā Sic botrꝰ in torcu
lari calcatꝰ liquoris redūdat in copiā. Sic aromata pilo cōtuſa odorē
pleniꝰ circūfundūt. Sic granū ſinapis cōtritū virtutē ſuā multi pl'r de
mōſtrauit. ¶ F Poſt ſci viri glioſum triūphū multis cū dn̄s mira-
culis illuſtrauit. q̄ꝝ q̄dā ſūmꝰ pōtifex refert dicēs. Poſt mortē ipſiꝰ lā
pades ad ſepulcꝝ eiꝰ depēdentes pluries ꝑ ſe ipſas abſqꝫ omni humāo
ſtudio ⁊ miſterio diuinitꝰ ſūt accenſe. qꝛ ꝯueniens nimis erat vt q̄ igne
⁊ lumie fidei excellenter claruerat. ſinglare de ipſo ignis ac lumis mi-
raculū apperet. ¶ Quidā aūt cū veſceret' cū aliis ⁊ eiꝰ ſcitatē ⁊ miracu
la deprauaret. ſūpto q̄dā ſub atteſtatōe morſello q' cū nō poſſet ſi circa
hoc delinq̄ret trāſglutire. ſenſit mox ip̄m ſic gutturi inherēt ē vt illum
inducere vel educere nō valeret. Quare ilico penitens: ⁊ iā vultꝰ mu
tato colore q̄ſi ſentiēs vicinū mortis euentū. fecō intra ſe voto q' liguā
decetero ad talia n̄ laxaret: fuit ꝓtinꝰ illo euomito liberatꝰ. Idropica
q̄dā ad locū paſſiōis eiꝰ. auxilio viri ſui vix ꝑueniens fuſa ibi orōne ſa
nitatem integrā mox recepit ¶ Obſeſſas a demōibus martir ipē die
cis illis cū multo ſanguis vomitu de corpibus liberauit. febres expu
lit. lāguores qꝫ curauit pl'imos ⁊ diuerſos Cuidā ſiniſtre manꝰ digi
tū ex morbo fiſtule pl'imoꝝ foraminū cōcauitate defoſſū mira cōſola
tione ſanauit. ¶ Quidā inſup puer ex caſu grauiſſimo ſic oppſſus vt
motu ⁊ ſenſu penitꝰ deſtitutꝰ tāq̄ mortuꝰ defleretur: mox appoſita de
terra ſuo pectori. ſacro eiꝰ martiris cruore cōtacta incolūis reſurrexit
¶ Quedā etiā mulier cuiꝰ carnem cācer edax ſedula corroſiōe vorabat
linitis huiuſmōi terra vulneribꝰ eſt curata ¶ Alii etiā diuerſis infir
mitatibꝰ occupati q̄ ſepulcꝝ eiꝰ in vehicul' ⁊ aliis ſuſtentacl'is adierūt
eſtū poſtmodū plena incolūitate recepta ſine aliq̄bꝰ ſubſidiis rediere.
¶ G Cū aūt ſummus pontifex innocentius quartus beatum petrum
martirem ſanctorum cathalogo aſcripſiſſet: fratres apud mediolanū
ad capitulum conuenerunt. Volentes autem eius corpus ad altiorē
locum transferre. cum pluſq̄ per annum ſub terra iacuiſſet ita ſanum
⁊ integrum. atqꝫ ſine alicuius exalatione fetoris repertum eſt. ac ſi ea
dem die fuiſſet ſepultum. Fratres igitur ſuper magnum pulpitum iu
xta plateam corpus eius cum magna reuerentia deduxerunt. et ibi dē
ſic ſanum et integrū coraꝫ omni ppl'o eſt oſtenſum et ab eo ſuppliciter
inuocatum. ¶ Preter miracula ſupradicta in literis ſummi pontificiſ
poſita pl'a alia ſūt cōꝑta. Nā ſuꝑ locū paſſiōis eiꝰ ſepe lumiaria d̄ celo

deſcendentia plures religioſi aliiqꝫ ꝙ plures viſibiliter conſpexerunt.
Inter que luminaria duos frēs in habitu ꝑdicatoꝝ ſe vidiſſe teſtati ſunt
¶ Quidā iuuenis nomine guifredus alias gūfredus de ciuitate cuma
na: cū de pāno tunice ſcī petri hr̄et: et quidā hereticꝰ eidē deridēdo di
ceret. vt ſi ſcm̄ eū crederet: in ignē pannū ipm̄ ꝓiceret. et ſi ꝯburi nō cō
tigeret: abſqꝫ dubio ſanctꝰ eſſꝫ. et ipſe ſue fidei adhereret. Moxqꝫ ſuꝑ
carbones accēſos pānum ſcī petri ꝓiecit. ſꝫ ab ipo igne altiꝰ reſiliit. de
in̄ ꝑ ſe ſuꝑ ipſos carbones reſiliēs ipſos ardētes penitꝰ extinxit. Tunc
incredulꝰ ille dixit. Sic ꝑ oia pānus tunice mee faciet. Poſitꝰ eſt igitur
ſuꝑ alios carbones: ex vna pte pānus heretici. et ex alia pte pānus ſcī
petri. Pannꝰ aūt heretici mox vt ignis calorē ſenſit penitꝰ eſt ꝯbuſtus
pānus vero ſcī petri in igne ꝓualuit: et ignē ipm̄ extinxit: ita ꝙ nec pi
lus aliquis ꝯbuſtꝰ fuit. Quo vidēs hereticus ad viā veritatis rediit: et
miraclm̄ oibus publicauit. ¶ Apud florētiā iuuenis quidam heretica
prauitate corruptꝰ. cū in eccia frm̄ ō florētia cū qbuſdā alijs iuuenibꝰ
an̄ quādā tabulā vbi ē depictū martiriū ſcī petri ſtaret. vidēs lictorē eū
ꝑcutientē euaginato gladio: ipſe dixit. Utinā ego ibi fuiſſem: qꝛ validi
us ꝑcuſſiſſem. q̄ dicto ſtatim mutꝰ effectus eſt. Cūqꝫ ſocij reqrerēt qd
hr̄et et ipſe nihil rn̄dere poſſꝫ. eū domū reduxerūt. Sꝫ cū in via eccl'iaꝫ
quādā ſcī michaelis vidiſſꝫ elapſus de manibꝰ ſocioꝝ ecciam intrauit
et flectēs genua corde ſcm̄ petꝝ rogauit vt ſibi ꝑceret. voto ſicut potu
it ſe obligās: ꝙ ſi liberaret peccata ſua ꝯfiteret. ⁊ omnē hereſim abne
garet. Tūc ſubito loquelā recupauit. et veniēs ad domū frm̄ abiurata
hereſi peccata ſua cōfeſſus eſt. data licētia cōfeſſori ꝙ hoc in pplo ꝑdi
caret. Ipſe qꝫ in publica frm̄ ꝑdicatōe ſurgēs corā omni multitudine
hoc cōfeſſus ē. ¶ Nauis qdā dū in medio maris pene naufragiū pate
retur: ſeua fluctuū inundatiōe qſſata. oēſqꝫ caliginoſe noctis tenebris
tenerētur: diuerſoꝝ ſanctoꝝ ſuffragia poſtulabāt. Sꝫ cū nullū ſue libe
ratōis viderēt iditiū. ſeqꝫ ꝑiclitari plurimū formidarēt. qdā de eis na
tione ianuēſis fcō ſilētio ſic eos alloqtur. Uiri frēs nūqd nō audiſtis qlr
qdā frater de ordie ꝑdicatoꝝ noie fr petrꝰ nuꝑ ob defēſiōꝫ fidei catho
lice ſit ab hereticis interfectꝰ. mltaqꝫ ꝑ eū dn̄s ſigna oſtdat. Nūc igit
deuote eiꝰ patrociniū iploremꝰ. qꝛ ſpero ꝙ a nr̄a nequaꝗ̄ poſtulatione
fraudabimur. Aſſentiūt vniuerſi beatū petꝝ in ſui auxiliū deuotis ꝑ
cibꝰ inuocātes. Illis ſic orātibꝰ mox antēna nauis in q̄ velū appēditur
cereis accēſis tota plena cōſpicitur: ita ꝙ ois obſcuritas ipoꝝ cereoꝝ
mirabili fulgore fugat. noxqꝫ illa tā caligioſa i diē clariſſimū ꝯmutat.
Reſpiciētes viderūt quēdā cū habitu frm̄ ꝑdicatoꝝ ſuꝑ velū ſtātē de q̄
nulli dubiū fuit qn beatꝰ petrꝰ extiterit. Cū ergo ꝑdicti naute ianuam
incolumes aduenissent: ad domū fratꝝ ꝑdicatoꝝ venerūt: et deo et be
ato petro grās referētes. eiſdē fratribꝰ totiꝰ miraculi ſeriē narrauerūt

¶ Mulier quedam in flandria cū iam tres filios mortuos pepiſſet. ⁊
ex hoc a viro odio haberet: rogauit ſcm̄ petꝝ. vt ſibi in auxiliū fieret
Cū ḡ quartū filiū pepiſſet. ſimul'r mortuꝰ eſt reptus. Quē mr̄ accipiēs
ad rogādū ſcm̄ pe. totū ſe cōtulit eū vt filiū ſuū reuiuiſcere faceret: p̄
cibus deuotis exorās. Uix orōnem ꝯpleuerat. ⁊ ecce q̇ erat mortuꝰ ap
paruit viuꝰ. Cū igit̄ ad baptiſmū portatꝰ fuiſſet. ⁊ vt iohānes vocaret̄
diffinitū eēꝫ. ſacerdos cū eiꝰ nomē dicere debuit: neſciēs dixit petrus
Quī iſtō nomē poſtmodū ex deuotōe ſci petri ſp̄ retinuit. ¶ In puīntia
theutonie apō traiectū: mlr̄es q̇dā vidētes ad ecc'iam fratꝝ p̄dicatoꝝ
in honore ſci petri martiris magnū ꝯcurſū fieri pp'loꝝ: dū ipē ī platea
ꝯſiſterēt ⁊ filarēt aſtātibus ſic dicebāt. Ecce iſti p̄dicatores omnē mo-
dū lucrādi nouerēt. nā vt magnā poſſint pecuniā cumulare. ⁊ lata edifi
care palatia. vnū nouū martirē inuenerūt. Dum hec ⁊ ſil'ia dicerēt: ec
ce ſubito filū totū ſanguine cruentatur. ⁊ digiti q̇bus filū torquebant
ſanguine mox replent̄. q̇d ille vidētes ⁊ admirātes: digitos diligenter
extergūt. ne forte in eis accidiſſꝫ aliq̄ inciſſura Qꝫ cū digitos omīo ſa
nos ꝯſpicerēt. ⁊ filū ſic ſanguinolentū viderēt: tremētes ac penitētes
dicere cepūt. Uere qꝛ p̄cioſi martiris ſanguini detraximꝰ. nobis hoc
ſanguinis miracl'm tā ſtupendū euenit Currētes igitur ad domū frm
priori oīa expoſuerūt. ac filū ſanguine cruentatū eidē p̄ntauerūt. Pri
orāūt ad multoꝝ inſtantiā ſolennē p̄dicatōem cōuocauit. ⁊ quicq̇d p̄
dictis mlr̄ibꝰ acciderat corā oībus retulit. ⁊ filū ipꝫ ſic cruentatū oībꝰ
oſīdit. ¶ Uex quidē mgr̄ artis gramatice in eadē p̄dicatōe cōſiſtens.
factū ipm̄ cepit plurimū deridere. ⁊ aſtantibus dicere. Uidete mō q̄lr
iſti fr̄es ſimpliciū corda decipiūt. Nā cū aliquibꝰ mulierculis de ſuis
familiaribus cōduxerūt: vt filū ipm̄ in aliq̄ ſanguine tingerēt. ⁊ ſic mi
raculoſe accidiſſe narrarent. Dū hec ille diceret. ꝓtinꝰ vltionis diuine
plagā accepit. ⁊ ipm̄ validiſſimaꝝ febriū eſtus multis aſpicientibꝰ ſic
vexauit. vt a p̄dicatōe ipſa inter manus amicoꝝ in ꝓpriā domū defer
retur. Sed cū vehementer febris excreſceret. ⁊ ille mortem vicinam ti
meret. predictum priorem accerſire fecit. ⁊ reatum ſuum confitēs deo
⁊ beato petro coram dicto priore votuꝫ vouit. q̄ ſi eius meritis ſanita
tem reciperet. eum ſemper in ſpeciali deuotione haberet. et decetero
linguam ad talia non laxaret. Mira res mox vt predictuꝫ votum pro
tulit: ſanitatem integram recepit. ¶ Quadam vice cum ſupprior pre
dicti loci quoſdam lapides pulcerrimos ⁊ magnos in quadam naui ꝓ
conſtructione predicte eccleſie duceret. nauis ipſa ex improuiſo cuidā
litori ſic inheſit vt nullatenus poſſet moueri. Deſcendentes vero nau
te omnes vnanimiter ipſaꝫ impellebāt. ſꝫ nullatenus mouere poterāt
Cum ergo nauem ſe amiſiſſe putarent predictus ſupprior oībus aliis
licenciatis manum ad nauem appoſuit. ⁊ leuiter ipſam impellēs dixit

In nomine ſācti petri martiris in cuiꝰ honorē lapides iſtos deferimꝰ
vade. Statimqȝ nauis velociſſime ſe mouit. ⁊ de litore ſana receſſit. ſu
per quā naute aſcendētes oēs ſani ⁊ hilares ad ꝓpria remearunt. ¶
¶ In ꝓuincia francie ciuitate ſenonis puella quedā cū in aquā rapi
traſeūtem cecidiſſȝ. ⁊ ꝑ magnū ſpacium tp̄is ſtetiſſet. tandē de flumie
mortua eſt extracta. Mortis cuiꝰ erant quatuor argumēta. ſcȝ magnū
ſpaciū tp̄is. et rigiditas corporis. et frigiditas. et nigredo. Relata eſt ḡ
a quibuſdā ad eccīam fratrū. qui cū eā ſancto petro vouiſſent: cōtinue
vite eſt reddita et ſaluti. ¶ Frater iohānes polonꝰ cum apud bononiā
q̄rtana laboraret. et in feſto ſcī pe. martiriſ ſermonē ad clerꝫ facere dbe
ret. acceſſionē eadē nocte iuxta curſuȝ naturalē expectās: timere valdͤ
cepit ne in iniuncto ſermone ſibi deficeret. Ad ſancti igiť petri cōuer
ſus ſuffragia ad altare ipſiꝰ cū deuotōe acceſſit orans vt eius meritis
iuuaretur cuiꝰ debebat glīam p̄dicare. Sicqȝ factū eſt ꝙ illa nocte fe
bris penitus ceſſauit. et poſtea nunꝙ̄ eū inuaſit. ¶ Matrona quedam
noīe girolda: vxor iacobi de valle ſana. cum ꝑ. xiiii. annos ab imundis
ſpiritibus fuiſſet obſeſſa: venit ad quendā ſacerdotē dicens. Ego ſum
demōiaca. ⁊ ſpūs malignus vexat me. Mox ſacerdos territus fugiēs
ſacriſtiā intrauit. ⁊ librꝫ q̄ndā in q̄ erāt cōiuratōes demonū ⁊ ſtolā latē
ter ſub cappa deferens: cum bona ſocietate ad mlr̄em redijt. quē mox
vt vidit ait. Latro peſſime quo iuiſti. quid eſt q̄d ſub cappa occlt̄e por
taſti. Cū aūt ſacerdos adiuratōes ſuas faceret. et nl̄ curatōis afferrꝫ
venit illa ad beatū petrꝫ dum adhuc viueret: ab eo poſtulās adiuuari
Cui ille ꝓphetica voce rn̄dit. Cōfide filia ne deſperes. quia et ſi quod
poſtulas ad preſens ꝑficere non valeo. tempus tamē veniet ꝙ id q̄d a
me petis plenarie obtinebis. q̄d et factum eſt. Nā poſt paſſionē eiꝰ cū
ad ſepulcrꝫ eiuſ p̄dicta mlr̄ acceſſiſſȝ ab illa infeſtatōe demonuȝ fuit pe
nitus liberata. ¶ Mulier quedam nomine eufemia de loco corriongo
mediolaň. dyoceſis ſeptem annis a demonibus eſt vexata. Sȝ cum ad
ſepulcrꝫ ſancti petri ducta fuiſſet. ceperunt demoneſ eam amplius agita
re. et ꝑ os eius cunctis audiētibus clamare. Mariola mariola. petrie
petrine. Tunc demones exeūtes: eam quaſi mortuā dimiſerūt. Sȝ mo
dicum pꝰ dū plene ſanata fuit: ſurrexit Aſſerebat aūt ꝙ diebus dn̄icis
⁊ feſtiuis et maxime qn̄ miſſa celebrabatur eam demoneſ amplius mo
leſtabāt. ¶ Quedā mlr̄ nomie verbona de beregno ꝑ. vi. annos a dmo
nibus agitata. cum ad ſepulcrꝫ ſācti petri fuiſſet adducta. vix a multiſ
viris detineri poterat. Inter quos erat quidā credens hereticorꝫ noie
conradus de ladriano qui illuc aduenerat vt ſancti petri miracula de
rideret. Qui cum p̄dictam mlr̄em cū ceteris detineret demones eidē
ꝑ mlr̄em dixerunt. Cur tenes nos. nōne noſter es. Nonne te ad talem
locum portauimus. et ibi tale homicidium ꝑpetraſti. nōne te ad talem

⁊ talem locū duximus. ⁊ ibi tale ⁊ tale flagiciū cōmiſiſti. Cūq̄ʒ multa peccata ſibi dicerent que nullus alius niſi ipſe ſolus ſciebat: vehementer expauit. Poſt aūt demones collū ⁊ pectus mulieris excoriātes. et inde exeūtes: ſemiuiuā eā dimiſerūt. ſʒ poſt modicū penitꝰ ſanata ſurrexit. Predictꝰ aūt cōradus hereticus hec vidēs ⁊ ſtupens: ad fidem catholicā eſt cōuerſus. ¶ Vir quidā noīe opiſo credēs hereticoꝝ cum occaſione cuiuſdā heretice ꝯſanguinee ſue ad eccl'iam fratꝝ veniſſʒ: ⁊ ad tumbā ſancti petri ꝑgēs duos ibi denarios cōſpexiſſet: ipſos denarios accipiens dixit. bonū eſt vt bibamꝰ iſtos. Statimq̄ʒ totꝰ cepit tremere. nec ď loco eodē ali[illegible]tenꝰ potuit ſe mouere. Qui territus ꝓdictos denarios i loco ſuo mox fl[illegible]uit. ⁊ ſic iñ abſceſſit. vidēs aūt bti petri virtutē. hereſim deſeruit: ⁊ ad fidē catholicā ſe ꝯuertit. ¶ Sanctimonial' quedā erat in alemania: ⁊ in clauſtro oetenbach ordīs ſancti ſixti conſtātienſis dyoceſis. q̄ ꝑ annū ⁊ ampliꝰ grauem guttā in genu ꝑpeſſa eſt ita ꝙ nullo remedio poterat liberari. Nec qꝛ ſepulcꝝ ſci petri corꝑal'r viſitare ñ poterat. vtpote q̄ erat ſub obediencia cōſtituta. ⁊ que infirmitate grauiſſima vrgebatur. cogitauit ſaltē ꝓdictū ſepulcꝝ mentali greſſu adire. ac deuotōe ſedula viſitare. Sciens vero ꝙ in. xiii. dietis ď loco illo mediolanū poſſet adire. quottidie ꝑ qualibet dieta centū pater nr̄. ad honorem ſancti petri dicere cepit. Dixit in modū: cū iſtas mētales dietas tal'r cepit facere: ſucceſſiue ſemꝑ ⁊ paulatim cepit ſe meliꝰ habere. At vbi vltimā dietā ꝑfecit. ⁊ ad tumbā mentali greſſu ꝑuenit: flexis genibus ac ſi ꝑſētial'r corā tūba aſtaret: pſalteriū cū deuotōe maxia totū legit. q̄ expleto ab illa īfirmitate adeo liberatā ſe ſenſit vt iam nī modicū quid ſentiret. Rediens vero eo mō q̄ iuerat. anteq̄ omnes dietas expleuiſſet: penitus eſt ſanata. ¶ Vir quidā de canapicio de villa mazati noīe ruffinus: grauem valde infirmitatē incurrit. Nam vena fracta in inferioribus ꝑtibus anterius ſine ceſſatōe ſanguinem emittebat. ita ꝙ a nullo medico aliquod ſibi remediuʒ poterat adhiberi. Cū ergo ſanguis ꝑ ſex dies ⁊ noctes continue effluxiſſet. ille beatū petruʒ deuote in ſui auxiliū inuocauit. Qui tā ſubito ſanatus eſt: vt inter effuſam oratōem, ⁊ receptam liberatōem nullū pene fuerit interuallū. Cū aūt ſe ſopori dediſſet. vidit quendā fratrem in habitu ordinis fratrum ꝓdicatoꝝ groſſum: facie atq̄ʒ brunū. queʒ ſociū beati petri martiris exiſtimabat. ſicut vere ⁊ talis forme extiterat. Qui cū expāſiōe palmas plenas ſanguine cum quodā ſuaui vnguento eidem offerebat dicens. Sanguis adhuc recens eſt. Veni igitur ad recentem ſanguinem ſancti petri. Qui euigilans ſepulcꝝ ſancti petri ſtatuit viſitare. ¶ Quedam comitiſſe de caſtro maſſyno: yporenſis dyoceſis: cum in beatū petrum ſpecialem deuotōem haberent. ⁊ eius vigiliam ieiunarent. cum ad ſuam eccl'iam: vt audirent veſperas acceſſiſſent. vna eaꝝ candelam

quandam in honorem beati petri martiris ante quoddam altare beati
petri apſli poſuit cõburendam. Que cum domũ rediſſent: ſacerdos aua
ricia ductus in ipſam candelã ſufflans eam extinxit. ſed mox lumen re
diit: ⁊ denuo ipſam accendit. Secũdo ⁊ tercio eã extinguere voluit: ſʒ
lumen vt prius rediit. Unõ tedio affectus choꝝ intrauit. ⁊ ante maiꝰ
altare aliã candelã inuenit. quã clericꝰ in honorẽ ſancti petri poſuerat
qui eius vigiliam ſimil'r ieiunabat. Quã ſacerdos bis extinguere vo
luit: ſed nequiuit. Quod videns clericus: iratus dixit. Dyabole: aptũ
miraculũ non videtis: ⁊ ꝙ ſanctus petrus non vult vt ſuã extinguatis
candelam. Territi igitur ⁊ ſtupentes ſacerdos ⁊ clericus caſtꝝ aſcen
derũt. ⁊ ꝑdictum miraculũ omnibus narrauerũt. ¶ Uir quidã nomĩe
roba de meda: cũ vſqʒ ad veſtes in ludo omnia ꝑdidiſſet. domũ in ſero
rediens cũ lucerna accenſa: lectum ſuũ adiit. ⁊ videns ſe tam viles pã
nos habere. ⁊ ſe tantũ amiſiſſe conſiderãs. ꝓ nimia deſperatõe cepit dẽ
mones inuocare. ac ſe eiſdẽ ore nephario ↄmendare. Statimqʒ tres dẽ
mones affuerũt. qui lucernaʒ accenſam in ſolariũ ꝓiciẽtes: cũ ꝑ collũ
arripuerunt. tam fortiter ipm ſtringentes: vt nullatenus loqui poſſet.
Quem cum plurimũ agitarẽt. qui erant in domo inferiori ad eũ aſcen
dentes dixerũt. Quid eſt quod agis o roba. Quibus demones reſpon
derũt. Ite in pace veſtra: ⁊ lectos veſtros intrate. Illi autem vocem
eſſe credentes predicti viri: ꝓtinus redierunt. Illis recedentibus ce
pit multofortius a demonibus agitari. Quod illi cognoſcentes. ſacer
dotem ꝓtinus aduocauerũt. Qui cum ꝑ beatum petꝝ demones adiu
raſſet: duo ꝓtinus exierũt. Sequẽti aũt die ad ſepulcꝝ ſancti petri ad
ductus eſt. Ad quem frater guilhelmꝰ vercellẽſis accedẽs cepit demo
nem increpare. Qui cum quẽ nunꝗ̃ viderat ex noĩe vocãs: ait. Frater
guilhelme ꝑ te nunꝗ̃ exibo. quia hic noſter eſt ⁊ opa noſtra fecit. Quẽ
cum interrogaſſet quo nomĩe vocaret: ait. vocor balcefas. Tẽrtiũ cũ
ꝑ beatũ petꝝ adiuratus fuiſſet. ipm in terra ꝓiciens mox exiuit. Ipſe
aũt ꝑfecte ſanus remanſit. ⁊ penitẽtiã ſalutarem accepit. ¶ R. Cum
quidam hereticus acerrimus diſputator: ⁊ eloquẽtie ſingularis: cum
beato petro cum adhuc viueret diſputaret. ⁊ errores ſuos ſubtiliter ⁊
acute ꝓpoſuiſſet in mediũ. ac beatũ petꝝ vt rñderet ad propoſita iporꝓ
tunus perurgeret. ille deliberatõem petens oratorium quoddaʒ quod
prope erat intrauit. cum lacrimis orans deum vt cauſam fidei ſue de
fenderet. ⁊ loquacem tumidum. aut ad fidei veritatem reduceret. aut
lingue priuatõe puniret. ne ꝑ eam decetero contra fidei veritatem tu
meret. Rediẽſqʒ ad hereticũ corã omnibus palã dixit vt ſuas iterꝝ ꝓ
poneret ratões. Qui ita penitus factus eſt mutus vt nec vnũ ſolũ ver
bum aliquatenus ꝓferre valeret. Unde heretici confuſi receſſerunt. ⁊
catholici deo gracias retulerunt. ¶ Cum in ramis palmaꝝ dũ adhuc

viueret mediolani p̄dicaret. ⁊ ibi vtriuſqꝫ ſexus eſſet maxima multitu
do: dixit publice alta voce. Scio ꝑ certo ꝙ heretici tractāt mortē meā
ita ꝙ pro morte mea iam pecunia data eſt. Sed faciant quicq̄d poſſūt
qꝛ magis ꝑſequar eos mortuus ꝙ̄ viuus. Quod verꝫ fuiſſe manifeſtū ē
Apud florentiam in monaſterio diripulis ſanctimonialis quedam
in orōne poſita. ea die qua beatus petrus mortē ſuſtinuit. vidit beatā
virginē in excelſo trono in glīa reſidere. ⁊ duos fratres de ordine p̄di-
catorꝫ in celū aſcēdere. ⁊ hinc inde iuxta eā collocatoſ eſſe. Et cū inq̄re
ret q̄ nā eſſent audiuit vocē dicentē ſibi. Hic eſt frater petrus q̄ in ꝯſpe
ctu dn̄i tanꝙ̄ fumus aromatū glīoſus aſcēdit. Repertumqꝫ eſt ꝑ certo
ꝙ eadē die mortē ſubiit. qua dicta ſcimonialis viſionē vidit. Ꝗ̄ñ cum
longa ⁊ graui infirmitate laboraret ad rogandū beatuꝫ petrꝫ tota de
uotione ſe cōtulit ⁊ ſanitatē integrā morꝫ recepit. Scolaris quidā cū
de magalona ad mōtem peſſulanū rediret. ex quodā ſaltu adeo ē rupt⁹
in inguine vt dolore nimio vexaretur. et incedere n̄ valeret. Hic aliq̄n
audiēs p̄dicare ꝙ quedā mlr̄ terrā ſanguine beati petri reſpſaꝫ ſup cā-
cri corroſionē ponēs fuerat liberata dixit. Dn̄e de⁹ ō terra illa n̄ habeo
ſꝫ q̄ illi terre meritis beati petri tātā dediſti virtutē. potes et iſti dare.
Accipiēs igiť ō terra. cū ſigno crucis ⁊ inuocatōe martiris loco ſup̄
poſuit ⁊ ſtati curat⁹ fuit. Anno dn̄i M. cc. lix. i ciuitate ꝯpoſtell'. fuit
q̄dā vir nomie bn̄dict⁹. q̄ tibias inflatas hēbat i modū vtriū: vētreꝫ tu
mentē inſtar p̄gnātis. facieꝫ ꝑ nimio tumore horribilē. totūqꝫ corpus
inflatū. ita vt mōſtꝝ aliq̄d videreť. Hic cū a q̄dā matrona vix ſup ba-
culū ſe ſuſtentās elimoſinā peteret: illa rn̄dit. Magis foſſa q̄ꝫ aliq̄ cibo
indigeres. ſꝫ meo cōcilio acq̄eſce. ⁊ ad domū fratꝝ p̄dicatorꝫ pergens
⁊ peccata ꝯfitēs bti petri p̄ſocinia iuocato. Ille aūt cū mane ad domū
fratꝝ p̄dicatorꝫ veniſſꝫ. ⁊ hoſtiū eccl'ie clauſū eſſꝫ: ſec⁹ portā ſe poſuit:
⁊ dormiuit. Et ecce q̄dā reuerēduſ in hitu p̄dicatorꝫ eidē appuit. ⁊ cap-
